3 1761 09622438 1

Law
For.
9177

DISSERTATIO JURIDICA,

DE ABUSIBUS,

QUI

IN GERMANIA NOSTRA IN COLLEGIIS VIGENT OPIFICUM,

DEQUE MEDELIS CONTRA EOSDEM ADHIBENDIS,

Von denen Handwercks-Mißbräuchen In Teutſchland.

QUAM,

PERMISSU INCLYTAE FACULTATIS JURIDICAE:

SUB PRÆSIDIO

CHRISTIANI HENRICI HILLERI,

J. U. D. EJUSDEMQUE IN PERANTIQUA EBERHARDINA PROFESSORIS PUBLICI,

DEFENDERUNT

LEO à LOEWEN, Biberaco-Suevus.

&

GEORGIUS CHRISTIANUS ULMER, Sindelfinga Würtemb.

Supremi, quod Tubingæ eſt, Dicaſterii Advocatus.

TUBINGÆ

LITERIS ATQUE IMPENSIS HIOBI FRANCKII.

MDCCXXV.

Ex
Bibliotheca
Universitatis
Heidelbergensis

13447
16|6|91

GENEROSO

ET VIRTUTE NON MINUS, QUAM PROSAPIA PRÆNOBILI

DOMINO CANDIDATO RESPONDENTI,

DOMINO de LOEWEN,

FAUTORI, AMICO, atque CONTERRANEO SUO HONORATISSIMO,

S. P. D.

PRÆSES.

SI vera ſunt, quæ Acutiſſimus quondam Jureconſultus ULPIANUS tradit, *in L. 2. ff. d. ʔ. & ʔ.* & *in L. 1. §. 15. ff. d. Ventre in poſſeſſ. mittend.* quod nimirum non Parentibus tantummodo naſcamur, ſed & Reipublicæ, & quod in id potiſſimum geniti ſimus, ut poſt Deum Patriæ ſerviamus: Et ſi ex æquo ſcripſit Orator non minùs, quam Philoſophus, olim longe præſtantiſſimus, M. TULLIUS CICERO *Lib. 1. d. Offic. cap. 17. n. 14.* quod tantus Civis boni adverſus Patriam ſuam eſſe debeat amor, ut & mortem pro Eadem oppetere neutiquam dubitare debeat, ſiquidem hac ipſa Eidem prodeſſe poſſit; Quid mirum, GENEROSE DOMINE CANDIDATE RESPONDENS, FAUTOR, AMICE ac CONTERRANEE HONORATISSIME, quod TIBI, ſtudiorum in Alma noſtra Eberhardina ſedulò hactenus excultorum Specimen aliquod publicum, ante TUUM ab Eâdem diſceſſum, edituro, præ aliis præſens, *de Abuſibus, qui in Germania noſtra in Collegiis vigent Opificum*, Thema (quod aliàs, iniquis præſertim rerum actionumque noſtrarum æſtimatoribus, ſatis videri poterat vulgare) eum arriſerit in modum, ut & in colligendis diverſis hiſce abuſibus propriam manum applicaveris mihique hæc ipſa Collectanea TUA, non ſine diligenti admodum labore conquiſita, eum obtuleris in finem, ut ulteriori eorundem ponderatione atque elaboratione lucem eisdem adſpergerem debitam meamque etiam de illis indicarem ſententiam? In eo ſiquidem eſt, ut è notatis à nobis abuſibus quamplurimi Patriam noſtram,

 præ

præ aliis locis, ſæpiſſimè & noviſſimè demum graviter valdè afflixerint eôque ipſô Magiſtratui Politico anſam præbuerint, de ſufficientibus adverſus eosdem adhibendis remediis ſollicite admodum cogitandi: Adeoque nemo non videt, id TEMET per inſtitutam præſentis Thematis electionem præcipue intendiſſe, ut primitiis ſtatim ſtudiorum TUORUM, quantum in rerum præſentia in TE eſt, Patriæ inſervias commodis animumve ſaltem iisdem inſerviendi demonſtres. Quapropter (cum ante memorato dubio de vulgaritate, ut ita loquar, electi Thematis eò minus occurrendnm eſſe exiſtimem, quò 1.) videre nequeo, cur illud adeò vulgare dici mereatur, niſi omne illud vocari vellet vulgare, quod influxum aliquem habet in praxin vitamque civilem, rarum è contra, quod meris tantummodo conſtat theoreticis, iisque inanibus ſæpemet, ſpeculationibus; 2.) nec omne, quod aliquo modo vulgare videtur, propterea ſtatim flocci pendendum; & denique 3.) ipſa Diſſertationis noſtræ inſpectio ſatis, ut arbitror, convincere poterit omnes illos iniquos cenſores, quod ea ſaltem, quæ in illa propoſuimus, adeo vulgaria non ſint aut diu jam trita, utpote à quibus nullo non tempore nobis ipſimet temperamus) nihil amplius ſupereſſe exiſtimo, quam ut DEUM precer T. O. M. ut ulterioribus conatibus TUIS immensâ Clementiâ ſuâ porrò adeſſe, amorem TUUM in Patriam, quem vel hoc ipſo teſtatus es ſpecimine publico, in TEMET obfirmare juxtàque largiri velit, ut in ſæpelaudata Patria noſtra condignæ mox credantur TIBI partes, in quibus & innatum huncce ergâ Illam amorem adhuc magis demonſtrare, & talentis TUIS animique dotibus inſignibus Ejusdem, ſatis aliàs afflictæ, commoda, ad exemplum HONORATISSIMI DOMINI PARENTIS, PATRONI MEI, UTI CERTISSIMI, ITA QUOQUE COLENDISSIMI, aliorumque Majorum TUORUM, optime de Illa dudum meritorum, promovere, & denique pro Ejusdem vera ſalute atque incolumitate, LEONINA Virtute fortiter ſtrenuèque pugnare queas. Dabam è Muſæo, die XVI. Martii, Anno MDCCXXII. calamo ſatis feſtinante.

DISSERT.

DISSERTATIONIS JURIDICÆ,

DE ABUSIBUS, QUI IN GERMANIA NOSTRA IN COLLEGIIS VIGENT OPIFICUM,

CAPUT. I.

Generalia quædam continens, cùm de Rubri explicatione, tum imprimis de Opificum Eorundemque Collegiorum in Germania noſtra Origine.

§. I.

QUàm verè ſcripſerit & quàm ſcitè eximius quondam Philoſophus, L. ANNÆUS SENECA *Lib. V. Natur. quæſt. cap. 18. fermè circa finem*: *Nihil inveniri tam manifeſtæ utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa*: non ſolummodo perplura, quibus aſſerti hujus veritatem, tam *in antecedentibus, quàm in ſubſequentibus modo citati cap. 18.* illuſtravit, exempla abunde demonſtrant, ſed & quotidiana proh dolor! nos edocet ipſa rerum experientia, ſatis, ut arbitror, comprobans, omnium egregia omniumque ſaluberrima inſtituta, improbitate tandem hominum, haud parvis corripi defectibus, nævis atque abuſibus.

§. II. Exemplum hujus rei, inter alia, ſponte à Nobis ac ex induſtria heic prætermiſſa, ſatis haud dubie evidens ſatisque illuſtre præbere nobis poterunt Opificum, quos in omnibus nunc cernimus Germaniæ noſtræ Urbibus, quin & vicis quoque perpluribus, Collegia; (*a*) Utut enim, hæc ipſa, poſtquam jam ante cum vita molliori, lautiori atque luxurioſiori varii quoque generis

(*a*) Quorum de Etymologia: Homonymia: Synomymia: Definitione reali atque diviſione, juxta tritum quidem aliàs, propterea tamen non ſemper adeò laudandum, plurimorum Doctorum morem, multa heic convaſare eo minus exiſtimamus conſultum fore, quò pleraque huc pertinentia non ſolummodo apud eos reperire licet, qui in genere verba explicuerunt ad Jus ſpectantia, ſed & imprimis apud AHASV. FRITSCHIUM *in Tract. d. Collegiis Opificum cap. 1.* ADRIAN. BEJERUM *in ſimili Tract. cap. 1. & 2.* nec non MARCUM RHODIUM *in Diſp. Francofurti ad Viadrum anno 1683. habita d. Jurisdictione Opificum cap. 2.* Ne tamen prorſus ſicco hæc ipſa tranſiliamus pede, notamus breviter: quod inter omnes vocabuli Opificis derivationes (de quibus videri poteſt modocit. RHODIUS *d. cap. 2. §. 1. pag. 7.*) omnium probabiliſſima nobis illa videatur, ab opere faciendo quæ repetitur: & quod Germanico nomine der Handwercker und Handwercks-Maiſtern / Opifices propterea inſignitos eſſe credamus, quod artibus excellant manuariis; Collegium verò, ſecundum ea, quæ habet BARN. BRISSONIUS *Lib. 3. d. Verbor. quæ ad Jus pertinent ſignificationib. voce Collegarum pag. 140. Edition. Noviſſ. Lipſiæ proxime præterito demum Anno recuſæ* & JOH. CALVINUS *in Lexic. Jurid. voce Collegium :* à colligendo dicatur, eô, quod plures unà coeant ſeque invicem colligant atque colligantur, ad idem munus eandemque poteſtatem; Hocque modo Collegia Opificum nihil ſint aliud, quam ſocietates legitimæ certorum hominum, artificium quoddam licitum exercentium, certis quibusdam ſtatutis certisque legibus firmatæ: aliàs quoque cœtus: Confraternitates: Conventus: Corpora: Societates: Sodalitia: Sodalitates: Tribus: Univerſitates & Zunfftæ: Germanice verò Handwercke: olim verò Angwerge: vid. JAC. von Königshoven / non à patria ſua, uti quidem quondam exiſtimavimus *in Diſſ. noſtra d. Liberar. S. R. G. J. Civitatum Judicio amicabili in not. ad §. XI.*

neris Opifices Artificesque, utpote prona ejuſmodi vitæ inſtrumenta, noſtram intrarunt Germaniam, illorum antehac, ſi non omnium prorſus, plerorumque tamen inſciam (*b*) inſtituto deinceps (*c*) haud quaquam reprobando, eum potiſſimum, ab aliis quo-

---

lit. a. pag. 18. ſeducti ab ULR. OBRECHTO *in Vol. 1. Prodr. Rer. Alſatic. cap. 10. pag. 207.* opinionem hanc propugnante, ſed potius, prout ex JOH. SCHILTERI *Præfat. ad eund. §. 10. atque 11.* didicimus, nomine Gentilitio ita, cognomine verò TWINGERUS & ab ante citato ULR. OBRECHTO aliisque, fidem eidem hac in re habentibus, in Latino Idiomate REGIOVILLANUS quoque dictus, *in Chron. Alſatic. cap. 2. §. 4. pag. 51.* Angwerke/ IDEM *d. Tr. cap. 1. §. 9. pag. 8.* item Antwerg/ ID. *cap. 5. §. 96. pag. 305.* & *§. 104. pag. 308.* Innungen: Zünffte: Geſellſchafften: Gaffeln: Handwercks-Brüder chafften: Ambt: Compagnien: Gülden: &c. nuncupatæ. vid. CHRISTOPH. BESOLD. *in Theſauro Pract. lit. z. voce* Zunfft: & PAUL. MATH. WEHNERUS *in Pract. Jur. Obſervat. Select. lit. z. voce* Zunfft.

(*b*) Antiquiſſimis etenim temporibus pleroſque Majorum noſtrorum, ſi non omnia prorſus, quam plurima tamen ignoraſſe Opificia, multoque magis Opificum Collegia, quilibet, ut credimus, nobiſcum affirmabit, qui loca leget CAJI JULII CÆSARIS *Lib. IV. d. Bello Gallico* de Suevorum Gente ita diſſerentis: *Atque in eam ſe conſuetudinem adduxerunt, ut locis frigidiſſimis, neque veſtitus præter pelleis habeant quicquam (quarum propter exiguitatem, magna eſt corporis pars aperta) & laventur in fluminibus. Mercatoribus eſt ad eos aditus, magis eô, ut, quæ bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad ſe importari deſiderent:* & *Lib. VI.* ubi de Germanis in genere ita: *Intra annum vero vigeſimum feminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus: cujus rei nulla eſt occultatio, quod & promiſcue in fluminibus perluuntur, & pellibus aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda:* Nec non CORN. TACITI *cap 16. de moribus Germanor. Suam quisque,* ſcribentis, *domum, circumdat, ſive adverſus caſus ignis remedium, ſive inſcitia ædificandi. Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum uſus. Materia ad omnia utuntur informi, & citra ſpeciem aut delectationem;* & deinceps: *Solent & ſubterraneos ſpecus aperire eosque multo inſuper fimo onerant, ſuffugium hiemi, & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum*

quoque gentibus ac civitatibus (*d*) hac in parte intentatum, in finem, ut nimirum in illis ipſis ejusdem artificii perſonæ, ad ſuſtinenda, communicanda promovendaque profeſſionis ſuæ compendia, colligerentur eoque ipſo naturalis, quæ hac in re ſubfuiſſet,

ejusmodi locis molliunt, &c. *Tegumen omnibus ſagum fibulâ aut, ſi deſit, ſpina conſertum. Cetera intecti, totos dies juxta forum & ignem agunt. Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur non fluitante, ſicut Sarmatæ & Parthi, ſed ſtricta & ſingulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquiſitius, ut quibus nullus per commercia uſus. Eligunt feras, & detracta velamina ſpargunt maculis pellibusque belluarum, quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit. Nec alius feminis quam viris habitus:* Et *cap. 46.* de Fennis (quos omnino quoque populis Germanicis accenſendos eſſe, recte contendit DN. JAC. CAR. SPENER *in Notitia Germaniæ antiquæ Lib. 5. cap. 7. §. 18. pag. 184. ſeq.*) verba facientis ſequentia : *Fennis mira feritas, fœda paupertas, non arma, non equi, non penates. Victui herba : Veſtitui pelles : cubile humus. Sola ſagittis ſpes, quas inopiâ ferri oſſibus aſperant :* & poſt pauca interſperſa : *Nec aliud infantibus ferarum imbriumque ſuffragium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc redeunt juvenes, hoc ſenum receptaculum.* Ut & HERMANNI CONRINGII, *in Diſſ. d. Urbibus Germanic. §. 78.* ita hanc in rem egregrie admodum diſſerentis: *Priſci Germani nulla opum cupiditate, nullo luxu, rudi tecti vellere & cibo ſimplice, lacte, caſeo, agreſtibus pomis, recenti fera contenti, vitam omnem in ſtudiis rei militaris tranſegerunt. Eoque commodius fuit diſcretis atque diſperſis ædibus habitare, ut fons aliquis, ut campus, ut nemus maximo poterat uſui eſſe, quod ita nihil poſſent deſiderare beatitati. Nec peregrinæ mercaturæ ergo tunc locus, vilia tantum & obvia petentibus, & nullo opum honore; Opificia vero pene omnia exularunt, luxuriæ ſcilicet, & mollis vitæ inſtrumenta.* Quid quæſo enim Sutor aut Sartor hominibus nudis & qui veſtitum ſperunt? quid Aurifaber illis, qui nullas curant armillas nullaque ornamenta alia? Poſtmodum verò patriam noſtram longe aliam induiſſe faciem, uti longe eſt certiſſimum, ita illud ipſum primò omnium factum fuiſſe in Germania Trans-Rhenana nobis, Transque Danubiana, Romanis verò, prout *in ſupracit. Diſſ. d. Lib. S. R. G. J. Civit. Jud. amic. in not. ad §. IX. lit. l.* comprobavimus, Cis-Rhenana nuncupata Cisque Danubiana, dubitare nos non

fuiſſet libertas, cuilibet permittens artis cujusdam fiduciam habenti, eandem publice quoque profiteri, atque in proprium non modo, ſed & proximi commodum, exercere, propter varia quæ exinde provenire potuiſſent incommoda, quodammodo limita-

ſinit DIO CASSIUS, quando *Lib. 56. Hiſtor.* de Auguſti Imperatoris, cladisque Varrianæ temporibus verba faciendo, de Germanis qui Trans-Rhenum degebant, ita loquitur: *Loca quædam Germaniæ Romani tenebant, non ſimul, ſed ut forte ſubacta fuerunt hinc inde, hibernaque inibi milites eorum habebant, & oppida condebant,* **jamque mores eorum Barbari** (ſub quorum nomine, Germanos intelligit) ***accipiebant, in forum conveniebant, commeatus inter ſe pacificos faciebant.*** Cum enim exinde pateſiat abunde, quod Germaniæ Trans-Rhenanæ incolæ, moribus vitiisque Romanorum, ob frequens cum iisdem commercium, ſenſim ſenſimque aſſuefacti atque ineſcati fuerint, nullum profecto ſubeſſe videtur dubium, illos ipſos uſum qnoque opificiorum, tanquam pronorum, prout in textu diximus, lautioris vitæ inſtrumentorum, à Romanis mutuaſſe, utpote quibus, ſecundum ea, quæ DIONYSIUS HALICARNASSEUS habet, *Lib. 2. Antiquitat. Romanar.* & nos infra ex eodem recenſebimus, *cap. ſeq. 2.* §. 4. jam à primis inde Urbis ſuæ incunabilis, fuerat cognitus; Idemque haud ita multo poſt, **in Germania Cis-Rhenana,** ea nimirum quæ **Rheno** eſt **proxime vicina,** contigiſſe, exindè valdè ſit probabile, quoniam & de hujus notum eſt incolis, quod citiùs longe, quam reliqui Cis-Rhenani populi, Romanorum imitati fuerint mores, prout ex iis patet, quæ HERODIANUS tradit, qui Seculo floruit poſt Chriſtum natum tertio, tempore Maximiniani Imperatoris, *Lib. 6. Hiſtor. cap. 7.* ubi ita: *Sunt enim Germani pecuniæ imprimis avidi, nunquamque non auro pacem Romanis cauponatur;* & qui paulo anteceſſit illum, ſupra laudatus CORN. TACITUS, *cap. 4. d. Moribus Germ. ſ. 7.* ita hanc in rem ſcribens: *Proximos Rheno ob uſum commerciorum, aurum & argentum in pretio habere, formasque pecuniæ Romanæ agnoſcere atque eligere:* & *cap. 15. §. 5. in verbis: Jam & pecuniam accipere docuimus.* ***In reliqua verò Germania Magna,*** Opificiorum uſui primam præbuiſſe occaſionem excultum Chriſtianæ religionis ſtudium atque libertatem hujus; occaſione, â compluribus ſervis è ſervitute manumiſſis, adeptam, conjecturamur, uti quidem exiſtimamus, haud vanè; Conſtat etenim, non illos modò

retur, introducta, & quæ ab initio uſu magis, privataque ipſorum Opificum authoritate invaluerunt, publicè poſtmodum approbata; atque propterea cumprimis non ſolummodo Seniores (*e*) ipſis, qui reliquis illorum commembris præeſſent, &, quæ ad

qui plantandæ in Patria noſtra Chriſtianæ religioni navarunt operam, ſed & Epiſcopos deinceps Eidem datos ex Italia proveniſſe, Eosque, utpote non niſi valdè decoris & elegantibus, vel, ſi mavis valde luxurioſis ambitioſisque moribus aſſuetos, cum nihil propemodum reperirent apud Germanos, vitam eo tempore ſimplicem adhuc, agreſtem, &, ut Itali dicere conſueverunt, barbaram viventes, quod ſuo vitæ generi inſervire, exoptatasve ferre potuiſſet ſuppetias, neque etiam, vel propterea cumprimis, tam amplum conterraneorum ſuorum comitatum ſecum aſportare, eosdemve ex poſt facto demum ex Italia arceſſere valerent, quoniam non ſolummodò illi ipſi patriam dulcem cum gente ruſtica, nondumque urbana, agroque valdè adhuc inculto, & ut videbatur, admodum ſterili gratis commutare noluerant, verum etiam id ipſum haud dubie ſuſpectum habuiſſent Germani, omne ſolatium refugiumque ſuum in ſervis poſuiſſe ex Italia oriundis, proindeque, ut horum operis eò uti poſſent commodius, non modò, ut plures illorum à Laicis donatos acciperent, laboraſſe, ſed & his ipſis, ut magnam illorum copiam manumitterent, maximo cum pietatis affectatæ zelo, perſuaſiſſe, ut ut ipſimet in iis, quos habebant, manumittendis, valdè fuerint parci; Hos ipſos vero ſervos, libertatem hoc modo pia fraude conſecutos, ut alimenta ſibi compararent, in urbes deinceps conceſſiſſe, quarum præcipuas Epiſcopi inhabitabant, utpote ſecundum ea, quæ *in Diſſ.* adduximus, *de Liberar. S. R. G. I. Civitat. Judicio amicabili in not. ad* §. *IX. p. 5. lit. r.* in vicis, urbibusque exiguis degere prohibiti, atque ad Monaſteria ruri quoque hinc & inde extructa, nec non palatia aulasque Principum ſemet contuliſſe, ædificia ibidem poſuiſſe, mercaturam, variique generis opificia exercuiſſe, atque ea cumprimis venalia habuiſſe, illisque qui religionis cauſa, ad ſacra hæc loca, aut Aulæ frequentandæ gratia eò conceſſerunt, vendidiſſe, aut permutaſſe, quæ ad vitæ commodioris uſum neceſſitatemque ſpectare videbantur; Eòque ipsò pluribus omnino urbibus originem dediſſe; prout hæc ipſa in antelaud. *Diſſ. d. l p. 5. & 6.* ex probatis fideque dignis Scriptoribus docere antevertimus, & in pleniori ejusdem delineatione, latius ad-

ad illa pertinent, ſubordinatâ curâ aut moderarentur, aut ad Imperantes referrent, vel à Superioribus præpoſiti, vel etiam ab ipſis Collegiorum commembris eligi permiſſi: ſed & Jurisdictionem quandam in cauſis Opificiariis in eos, qui ſunt

huc dum demonſtrabimus. Et cùm, ſicut *alibi* plena comprobabimus manu, ſub auſpicatiſſimo Caroli M. Imperatoris regimine, longè magis quàm antè, effloreſcere cœperint commercia, ab eodem probe hinc inde ſtabilita, nullum ſane eſt dubium majorem quoque in Patria noſtra opificum fuiſſe uſum, & numerum, generaque eorum ſenſim creviſſe, ſenſimque, in urbibus cumprimis, utpotè quæ non ſolummodò ob longe majorem quam in vicis, hominum molliori vitæ addictorum copiam, verum etiam propterea vel maxime artibus illorum præ vicis multo magis erant proficuæ, quoniam ex Henrici Aucupis proviſu, à WITECHINDO plenius recenſito, *p. 639. Edit. Meibom*: Omnia concilia, omnesque conventus, omniaque convivia celebranda fuerunt in urbis.

(c) Quemadmodum probè ſumus memores, aliam eſſe Opificum, Opificiorumque originem, aliamque eorundem Collegiorum, cum & absque Collegiorum formatione eſſe queant in aliquo loco aut Provincia, opifices, prout de hoc ipſo non ſolummodo ex Romanorum edocemur hiſtoriis, utpote de quibus, ex loco DIONYSII HALICARNASSEI, ſupra à nobis alleg. *infraque, cap. 2. §. 4.* excerpto, conſtat, quod quidem mox cum urbis Romæ primordiis, & Opificia in eadem exerceri cœperint, è contrario autem, Opificum Collegia, ſiquidem PLUTARCHO credamus, *in vita Numæ Pompilii*, aliisque à CAR. SIGONIO *L. 2. de Antiquo Jure Civium Rom. cap. 12. pag. 336. Edition. noviſſ. ab Illuſtr.* THOMASIO, *ſuperiori anno 1715. adornatæ*, à Numa demum Pompilio, ſi L. ANN. FLORO autem, *Lib. 1. Rer. Romanar. cap. 6.* à Servio Tullio demum adornata fuerint; ſed & exemplo Belgii confœderati, utpote in quo, in hodiernum usque diem, nulla reperiri Opificum, utut valdè ibidem numeroſorum, Collegia, fidem Nobis faciunt ADRIANUS BEJERUS, *d. Collegiis Opificum cap. 3. num. 98.* AHASV. FRITSCHIUS, *d. Collegiis Opificum, cap. 2. §. 2. num. 4. pag. 5.* & MARC. RHODIUS *Diſp. d. Juriſdict. Opificum, cap. 2. §. 13. pag. 10.* ubi idem quoque tradit de Lutetia Pariſiorum; Ita quoad hæc, ingenuè fatemur, natales illorum, temporaque, quibus eam, quam hodie apud illa deprehendi-

de Collegio, quin &, pro modo hujus Jurisdictionis, unum quoque & alterum mixti, ut in Jure Romano vocatur, Imperii gradum, aut ad minimum utrique ſimile aliquid atque analogum *(f)* exercere una cum facultate de rebus Opificiariis ſtatuta *(g)* quoque

mus formam adepta fuerint, adeo accurate demonſtrari vix poſſe; Interim tamen ætatem illis aſſignandam eſſe valdè profectam, eandemque in Civitatibus cumprimis Imperialibus, (utpote in quibus in hodiernum usque diem, præcipua cernitur illorum vis atque poteſtas) quærendam, 1) ex iis pateſcere credimus quæ CHRISTOPH. LEHMANNUS habet, *Lib. 4. Chron. Spir. cap. 14. p. 280. a. Edition. Noviſſ.* à JOH. MELCH. FUCHSIO, *locupetatæ, atque anno 1711. Francofurti ad Mognum recuſæ.:* in verbis: Solcher Zunfft Einſatzung hat bey den Freyen Reichs-Städten ihren Anfang/ und iſt bißher in beſtändigen unveränderten Stande und Weſen bey denſelben beharrlich erhalten: & *eod. cap. 14. pag. 278. b.* ubi ita: In der Stadt Speyr iſt Abſonderung der Handwercker und Einſetzung der Zunfft zeitlich/ bey Regierung des erſten Raths im Ariſtocratiſchen Stand (id eſt, prout ex iis colligere licet, quæ Idem tradit ibid. *Lib. 6. cap. 1. pag. 587. ſeqq.* Henrici V. Imperatoris, eundemque proxime inſecutis temporibus) eingeführt und die Burgerſchafft von Handwerckern und anderen/ ſo mit der Hand ihre Nahrung gewinnen/ in 13. Zünfften abgetheilt: & CHRISTOPH. BROWERUS, Tom. II. *Antiquitat. & Annal. Trevir. Lib. 16. §. 166. ad ann. 1303.* in verbis: *Opificum autem tribunalium collegia, quæ tolerata quidem jam à Theodorici Archi-Epiſcopi,* (qui, prout ex iis videre eſt, quæ IDEM habet, *eod. Vol. 2. Lib. 15. §. 96. ad ann. 1212. pag. 113. & §. 175. ad ann. 1242. pag. 135. a.* Archi-Epiſcopatui Trevirenſi præfuit, ab anno 1212. usque ad ann. 1242.) *tempore, quo invaleſcere cœperant: &c.* & *modocit. Lib. 15. §. 151.* ad ann. 1231. *p. m. 128.* ubi conventus meminit, Wormatiæ habiti, modo dicto anno 1231. ab Henrico Friderici II. Imperatoris filio, anno 1222. ſolenniter in Regem coronato, atque deinceps ſubjicit: *per illius decretum, Opificum artificumque Collegia, quæque alia adverſus Principum & Pontificum Juriſdictionem, popularis ſtatus quæſita munimenta, ſublata eſſe, atque detracta.* 2.) Ex Conſtitutione Friderici II. Imperatoris,

que condendi, juſtitiæ & æquitati naturali Juribusque Imperii ſuorumque Superiorum, conformia, atque in præjudicium Superiorum aliàs non vergentia, alibi à Magiſtratu confirmanda, alibi verò ejusmodi confirmationis haudquaquam indi-

anno 1232. menſe Januarii Ravennæ ſancita, ap. CELEBERR. DN. JOH. CHRISTIAN. LUNIGIUM, *Patronum noſtrum jam ſæpius publice deprædicatum*, in deß Teutſchen Reichs *Archivs Part. Spec.* vierdter und lezter *Continuation part. 1.* Von den Reichs-Städten insgemein: *Num. 2. pag. 5.* &, ſiquidem recte ſemet habent, Diplomatis à CHRISTOPH. BROWERO, *d. Lib. 15. §. 152. ad ann. 1232. pag. 129. a.* exhibiti verba: *menſis Aprilis die &c. datum apud Aquilejam*: (uti quidem eo minus dubitamus, quo & apud JOH. SCHILTERUM in der zwölfften Anmerckung über *Jac.* von Königshoffen Elſaßiſche und Straßburgiſche Chronic: *§. 23. pag. 618. ſeq.* ſimiliter Conſtitutionem hanc, ex Archivo Moguntinenſi exhibentem, *in fin.* hæc conſpicimus verba: *Dat. ap. Aquilegiam, A. D. M. CCXXXIII. M. April. V. Indict.*) Eodem anno, menſe Aprilis, Aquilejæ denuo repetita: cujus apud LUNIG. atque SHILT. verba quoad paſſum concernentem ita ſonant: *Irritamus nihilominus, & caſſamus cujuslibet artificii fraternitates, ſeu ſocietates, quocunque nomine vulgariter appellantur:* apud BROWERUM verò hoc modo: *Irritamus etiam cujuslibet artificii confraternitates & ſocietates.* 3.) Ex conconventione, inter Epiſcopum Clerumque Argentoratenſem, ex una, & Civitatem Argentoratenſem ex altera parte anno 1263. inita, ap. JOH. SCHILTERUM *d. l. in adject. docum. n. 3. p. 729.* Ejusdemque verbis ſequentibus: Der Burgrave ſol i. ŏch geben von ieclicheme Antwercke / der er pfliget / einen Meiſter / der das Antwerck kan / der en ſoll ŏch nit anders richten / nůwen das das Antwerck angat: dis ſind aber die Antwerck: Kintſuter und Kurdewener / Zymberleute / Küffer / Oleylüte / Swertfeger / Můlner / Smidt / Schilter und Sattler: & denique 4.) *Ex ſupralaud.* CHRISTOPH BROWERO, *Tom. 2. Annal. Trev. Lib. 16. §. 167. pag. 182. a. ad ann. 1303.* ubi inter leges pacis, à Trevirenſi Archi-Epiſcopo Diethero, cum civibus Trevirenſibus initæ, & illa refertur: *XIIII. viri quotannis probæ notæ cives, novem ex octo ar-*

ga, conceſſum, fuerit, quoniam frequentes, atque innumeræ inter Opifices quæ exoriri ſolebant lites, & diſſenſiones Magiſtratus Politici vigilantiſſimi licet, ſolicitudinem haud rarò ſuperare, proindeque peculiares exigere videbantur Magiſtra-

tificum collegiis, ex univerſo civium corpore, quinque in ordinem Conſiliariorum, ab Epiſcopo, vel Capitulo, ſede vacante, allegantur. Quin imo non ſolummodo in illis, quarum antelaudati Authores meminerunt, ſed & in omnibus iis Germaniæ noſtræ urbibus, quæ vel Coloniæ quondam fuerunt, vel Municipia Romanorum, Opifices, temporibus, ante memoratis longè vetuſtioribus, ſua jammodo habuiſſe Collegia, non tantum ex iis colligimus, quæ de Coloniarum jure in genere prodidit A. GELLIUS, *Lib. 16. Noct. Attic. c. 13. p. 738. Editionis longè nitidiſſimæ anno 1706. Lugduni Batavor. publicatæ, notisque JOH. FRIDERICI, & JACOBI GRONOVII, aliorumque complurium, locupletatæ: potior tamen* inquiens, *& præſtabilior æſtimatur propter amplitudinem, Majeſtatemque Pop. Rom. cujus iſtæ Coloniæ quaſi effigies parvæ, ſimulachraque eſſe quædam videntur:* verum etiam ex illis, quæ in ſpecie de Auguſta Vindelicorum MARCUS WELSERUS meminit, *L. V. Rer. Auguſt. Vindel. pag. 277. Operum ipſius*: ubi, poſtquam de licitis olim in urbe Romæ, in ſpecie quoque Fabrorum, Tignuariorum, Oſtienſiumque Collegiis, quædam memoraſſet, deinceps ita loquitur: *Auguſtæ* (Vindelicorum intellige) *multa hujusmodi Collegia eſſe potuere, & verò fuere, ſed de ſingulis difficiles obſcuræque conjecturæ.* Et hæc, tam de Opificum, quam de Collegiorum ab illis conſtitutorum in Patria noſtra origine, ſatis abundanter, &, ut multis forſan videbitur, nimis copiosè, verum, ut ſperamus, eo cum minori ipſorum indignatione, quo non trita hæc ſunt, ſed ſingularia, quæ fruſtra quærent apud eos, qui amplos de rebus Opificiariis ediderunt Tractatus.

(*d*) De quibus multa hic congerere, cum inſtituti noſtri ratio non ſuadeat, B. L. talia legere cupientem, brevitatis ſtudio, ad MARCUM RHODIUM remittimus *in Diſp. d. Jurisdict. Opificium cap. 2. §. 8. ſeqq.* nonnulla hanc in rem differentem.

(*e*) Conſules quoque artium: Rectores: Primates Collegii: Primicerii: Magiſtri Tribuum: & Tribuni: Germanice verò Zunfftmaiſter: Handwercks-Maiſter: Güldenmaiſter: alibi verò Obermaiſter: Wedde-Herren: Alterleute: Altermänner: Altmaiſter: Alt-O-

ſtratus inferiores; Vitio tamen improbiorum hominum eò tandem devenerunt res, ut quàm plures illa ipſa ſubintraverint abuſus (*h*) defectusque tanti, ut de diſſolvendis illis, penitusque abolendis, ſecundum ea, quæ *in Reformatione Poli-*

bermaiſter: Gaff-Meiſter: dicti: conf. AHASV. FRITSHIUM *d. Collegiis Opificum cap. 2. §. 2. num. 4.* & latiſſime ADR. BEJERUM *in Tract. ſimili: cap. 6. per tot.*

(*f*) De quo plura videri poſſunt apud jam ſæpe laudatum M. RHODIUM *in Diſſ. ſpec. d. Jurisdictione Opificum:* MATHIAM STEPHANI *Lib. 2. de Jurisdictione Part. 2. c. 8.* AHASV. FRITSHIUM *d. c. 3.* ADR. BEJERUM *d. loco c. 16. in Tract. d. Orig. Specieb. & Interpret. Jur. Opificiar. cap. 6. §. 1. ſeqq. n. 315. ſeqq. p. m. 89. ſeqq.* & *Tract. d. Advocato Rer. Opificial. perito, ſ. Proceſſu Forenſi Mechanicar. cauſar. cap. 3. §. 5. ſeqq. num. 117. ſeqq. pag. 20. & cap. 4. §. 15. num. 245. ſeqq. pag. 40. ſeqq.*

(*g*) Quæ aliàs quoque Rotuli: Articuli: atque in idiomate Germanico vocari conſueverunt: Innungen/ Innungs-Articul: Innungs-Brieffe: Güld-Brieffe: Rollen: Ambts-Brieffe: Handwercks-Articul/ oder Ordnungen.

(*h*) Cum non ſolummodo, ex ipſo Germanici Idiomatis vocabulo Miß-brauch, in rubro Diſſertationis contento, ſed & ex iis, quæ *in hoc ipſo* §. abuſûs vocabulum & antecedunt, & ſubſequuntur, quemlibet facillimo plane negotio intellecturum fore exiſtimemus, nos hanc ipſam vocem, ex præpoſitione ab, & verbo uti compoſitam, non in bonam partem, ubi vel juſtum denotat legitimumque rerum fungibilium uſum, cum earundem conſumptione conjunctum, uti e. gr. *in L. 11. §. 2. ff. Jurejur. L. 5. §. 1. ff. de uſu ear. rer. &c. & L. 29. C. d. Jure dot.* vel largiorem, quam uſus, utendi licentiam ad compendium quoque ſemet porrigentem, uti *in L. 12. §. 1. ff. de uſu & habitat:* ſed ſenſu proprio atque genuino, quo in malam partem ſumitur, at non illo, quo in ſpecie rei alicujus perditionem, ſignificat, atque dilapidationem, ſed in illo, quo in genere legitimo uſui opponitur, aliumque quam quidem eſſe deberet, atque perverſum denotat uſum: uti v. gr. *in L. 15. §. 1. & L. 27. §. 1. ff. de uſusfr.* & *L. 22. §. 8. ff. Solut. Matrim. ubi accuſativum regit:* accipere, proindeque, ut additamentum aliquod, ad inſtar Juris Canonici, eidem junxerimus, opus haud quaquam fuiſſe, minutiis hiſce longius inhærere, ſuperſedemus no-

litica, Sigismundi Imperatoris, à GOLDASTO, *in Tom. un. Conſtit. Imperialium pag. 188. ſeqq.* und im andern Theil der Reichs-Satzungen: *pag. 129. ſeqq.* exhibita, *cap. 4.* continentur, jammodo Sigismundi Imperatoris, & quod magis, prout ipſa Conſtitutionis à Frid. IIdo Imperatore promulgatæ verba evincunt, *in not.* adducta *ad h.* §. *lit. C. pag. 13.* jam Friderici II. temporibus cogitatum: &, cùm id ipſum propter varias hac in re occurrentes difficultates, non ſatis videretur commodum atque conſultùm, de emendandis ſaltem hiſce defectibus, & de ſufficientibus contra eosdem medelis adhibendis, in Publicis quoque Imperii noſtri Comitiis, non ſolummodo in anno 1530. 48. 51. 59. 66. 70. 77. & 94. teſtantibus Reformationibus Politicis atque Receſſibus Imperii, dictis in annis confectis, ſed &, prout Concluſum teſtatur trium Collegiorum Imperii, hactenus tamen quantum quidem conſtat, ab Imperatore nondum approbatum, cœteraque Acta publica de anno 1671. & 72. ap. ANTON. FABRUM, *in Tom. I.* der Europäiſchen Staats-Cantzley: *Faſc. 2. n. 4. & 5. p. 116. ſeqq.* AUTOREM *Meditationum ad Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Suevic art. 3. §. 3. pag. 1510. ſeqq.* DN. JOH. CHRISTIAN. LUNIGIUM, im Reichs-

minus, quam quoad explicationem reliquarum in rubro occurrentium vocum, utpote in aprico ut credimus jam per ſe conſtitutarum, ſcrinia expilare Lexicographorum; interim tamen illud intactum relinquere non poſſumus, quod, quemadmodum, *inſeq. §. 3. huj. cap.* dicimus, propoſitum noſtrum eſſe, abuſus examinare in Conſtitutionibus Actisque publicis Imperii noſtri notatos, & quos præter ibidem recenſitos pro temporis anguſtia ulterius adhuc hinc inde obſervare licuerit, iisdem ſuperaddere; Ita nos hic nequaquam acturi ſimus de abuſibus unicuique Opificiorum generi propriis atque particularibus, utpote innumeris fere, ſed de communibus ſolummodò ſi non omnibus, plerisque tamen; neque verò polliceri queamus, & hujus generis omnes omninò heic evolutos iri, cum & horum tantus ſit numerus, ut facile nos latere, nobisque ſubterfugere potuerit unus aut alter.

Reichs ; *Archiv. Gen. ſub Rubrica* Handwercks ; Sachen. *pag.* 551. *ſeqq.* & *Honoratiſſimum Affinem ac Patronum Noſtrum*, DN. BURGERMEISTERUM *in Tom. 1.* des teutſchen *Corporis Jur. Publ. & Priv. pag. 1096.* in Anno 1671. 72. & ſequentibus anxie fuerit alloboratum.

§. III. Utut autem hæ ipſæ Conſtitutiones Imperii, hæcque conſilia publica exoptato hactenus caruerint effectu, adeoque omninò nobiſcum reputare, animoque volvere deberemus, privata noſtra conſilia vix ac ne vix quidem plus habitura fore roboris, quàm publica totius Imperii; Illud ipſum tamen à propoſito noſtro, partim illuſtrandi antelaudatas Imperii noſtri Conſtitutiones Actaque publica, atque in rationes illarum non minus, ac horum, inquirendi, inſimulque, quos præter ibidem recenſitos, pro temporis anguſtia, adhuc ulterius hinc inde reperimus atque obſervavimus abuſus, iisdem ſuperaddendi: partim verò pro libertate Academica, & pro modulo ingenii, noſtram, de medelis contra hoſce abuſus adhibendis, ſententiam, breviter, candide, ſalvoque rectius meliusque ſentientium judicio, exponendi, eò minus deterrere nos poteſt, quo, prout *infra* docebimus, *cap. 4.* cauſæ, quæ debito antelaudatarum Conſtitutionum Actorumque Imperii publicorum effectui hucusque obfuerunt, ita ſunt comparatæ, ut illarum quam plurimæ videantur removeri poſſe haud adeò difficulter.

§. IV. Quæ, cum ita ſint, Diſſertationis noſtræ materia ſua ſponte in tres ſe dividit partes, quarum prior abuſus conſiderat in Conſtitutionibus Actisque publicis Imperii noſtri notatos; altera verò alios hinc inde adhuc conſpicuos, atque à nobismet obſervatos: & denique tertia, medelas adverſus hoſce omnes & ſingulos adhibendas; Quem naturalem ordinem uti non poſſumus non retinere; Ita B. C. D. ſit

CAPUT. II.

De Collegiorum Opificialium Abuſibus in S. R. G. Imperii Conſtitutionibus Actisque publicis notatis.

§. I.

EOs inter opificiariorum Collegiorum abuſus, qui in publicis Imperii noſtri Conſtitutionibus atro notati reperiuntur lapillo, primum occupant locum Otia, Epula, atque munera, das müßige Umgehen / Schencken und Zehren / à Magiſtrorum filiis, denen Meiſter-Söhnen / atque ſociis, denen Handwercks-Geſellen und Knechten / potiſſimum occaſione peregrinantium, & vel in aliquo loco adventantium, vel de illo diſcedentium ſuæ profeſſionis conſociorum eo ipſo fieri inſtituique ſolita, quo nimirum non tantum in omnibus pene & ſingulis opificiis, illi, qui ad operas indagandas pro recens advenientibus ſociis, zu dem Umſchauen / Umwarten / und Zuſchicken / alicubi annuatim, alicubi autem per ſingulos menſes conſtituti erant, ſub hoc ipſo prætextu, pro lubitu ſuo exſpaciandi, juſtoque liberiùs divagandi anſam captare, ſed & in illis, quæ & dehinc vocata ſunt liberalia atque munifica, in noſtro autem idiomate die geſchenckte Handwercker / (i) in univerſum omnes, eos,

(i) Qualia quidem eſſe recenſet PHIL. KNIPSCILD. *in Tract. de Jurib. ac Privil. Civitat. Imperial. L. 5. c. 2. n. 15.* die Handwercke der Buchbinder: Papierer: Dreher: Neſtler: Seckler: Nadler: Sattler Gürtler: Glaſſer: Glaßmahler: Beindreher: Goldſchmiedt: Rothſchmid: Zürckelſchmiedt: Neperſchmied: Kantengieſer: Uhrmacher: Büchſenſchmied: Schloſſer: Walierer: Windenmacher: Kupfferſchmied / Plattner: Balbierer: Schleiffer: Steinmetzen: Düncher: Ypſer: Färber: Hutmacher: Hoſen und Strumpfſtricker: Schreiner: Büchſenſchüffter: Bildhauer: Weißgerber: Tuchſcherer; aſt non accurate ſatis, cùm diverſa in hac ipſa recenſione deprehendere liceat genera, quæ eo nomine & jure non gaudent.

eos, qui noviter advenerunt conſocios ſolenni quodam convivio donoque excipere, illos autem, qui diſceſſum inſtituebant, eodem modo dimittere conſueverunt. Contra hæc ipſa etenim otia, convivia, atque munera, verbis longe graviſſimis inſurgere, & non ſolummodo certorum ſociorum ad quærendas pro adventantibus conſociis operas antehac conſtitutorum electionem in futurum abrogare, ſed & omnia illa convivia donaque interdicere penitus ac prohibere videmus 1.) *Reformationem Politicam Auguſtæ Vindelicor. promulgatam Anno 1530. tit.* von geſchenckten und ungeſchenckten Handwerckern ꝛc. 39. §. 1. in verbis: Dieweil im Heil. Reich Teutſcher Nation gemeinlich in Stätten und Flecken / darinn dann bisher die geſchenckte und unſchenckte Handwercker gehalten / von wegen der Meiſter-Söhn / Geſellen / Knecht / und Lehr-Knaben / viel Unruh / Widerwillen / Nachtheil und Schaden nicht allein unter ihnen ſelbſt / ſondern auch zwiſchen derſelben Handwercks-Meiſtern und andern / ſo Arbeit von ihnen ausbereit / gemacht und gefertiget haben ſollen / von wegen deß müßigen Umgehens Schenckens und Zehrens derſelben Meiſter-Söhn und Handwercks-Geſellen / bisher vielfältig entſtanden ſind. Demnach wollen wir / daß in denſelben geſchenckten und ungeſchenckten Handwercken / als viel dero im H. Reich / in Stätten oder andern Flecken / im Gebrauch / die Handwercks-Geſellen / ſo Jährlich / oder von Monat zu Monat von ihnen / den Frembden ankommenden Geſellen die Dienſt begehren / um dieſelbe Dienſt zu werben / und zu andern bishero erwehlt worden / in alle Weg abſeyn. ꝛc. & in iis, quæ hæc ipſa, poſt interſperſa quædam, *infra* reperiunda *in cap. 4.* excipiunt: Doch ſoll in und nachdem allem / das ſämptlich Schencken und Zehren / zum An- und Abzug oder ſonſt in ander Weiß / keines Wegs hinführo geſtattet werden: 2.) in iisdem plane terminis, *Reformationem Politicam ibidem confectam Anno 1548. tit.* von Handwercks-Söhnen / Geſellen / Knechten / und Lehr-Knaben: 37. §. dieweil: 2.

 3.) qui

3.) qui binas haſce Reformationes inſequitur, & poſteriorem imprimis confirmat, *Rec. Imp. Auguſtan. priorem, de anno 1559. §.* Weiter haben wir auch/ *75. ſeqq.* 4.) quæ eandem, deſuetudine paulisper obumbratam iterum in uſum revocavit, aliàsque hinc inde emendavit, quoad præſens autem caput non niſi ejusdem, ſive potius, juxta paulò ante tradita, prioris de anno 1530. verba repetiit, *Reformationem Politicam Francofurti publicatam anno 1577. tit.* von Handwercks-Söhnen ꝛc. *38. §. 2.* 5.) *Rec. Imp. Ratisbonenſem d. anno 1594.* §. und als auch bey dieſem: *125. & 127.* & cum hiſce quoque 6.) particulares nonnullarum Imperii noſtri Provinciarum Ordinationes, nimirum non ſolummodò quæ verba ante laudatarum Reformationum *de anno 1530. & 1548.* in totum adoptarunt, ſuaque fecerunt, *Ordinationem Provinc. atque Politicam Bavaricam, Lib. IV. tit. 1. art. 18.* apud AHASV. FRITSCHIUM, *in Tract. de Collegiis Opificum, Mantiſſ. 2. pag. 156. ſeq.* & *Renovatam emendatamque Electoralem Palatinam, tit. 18. §. 2. pag. 147. ſeq.* ſed & *Ordinationem Provinc. Würtembergic. tit. 55.* §. Wir wollen auch/ *3 pag. 114. ſeq.* Et quidem non ſine cauſis longe urgentiſſimis, indicatis in iis præmemoratarum Reformationum verbis, in quibus dicitur, quod propter hæc otia atque convivia magiſtros, cum detrimento inſigni, ſociorum ſuorum operâ juſto ſæpius carere oportuerit, proptereaque tam inter magiſtros & ſocios ſuper hoc ipſo, quàm etiam inter magiſtros & eos, quibus illi merces conductas ad certum quoddam tempus perficere promiſerunt, eapropter, quod ob ſociorum ſuorum ignaviam promiſſis ſuis ſtare nequiverint, haud rarò diverſæ gravesque exortæ ſint lites; quibus, ex Ordinatione Provinciali Würtenbergica omnino quoque ſequentes, quod nimirum propter epula illa atque donationes, multas ſodales erogare ſoleant expenſas inutiles, poſteaque majori à magiſtris exacta mercede, omnia ſarcire velint, & per hoc ipſum in cauſa utplurimum ſint, ut magiſtri, utpote ipſis, non obſtante quod parum fecerint operarum, nihilominus multum prœmii dare coacti, quò damnum hoc modo ipſis illatum in effectu à ſemet de-

declinarent, in aliosque devolverent, pretia rerum atque mercium non ſine luculento totius univerſitatis præjudicio adaugere nulli dubitent: de cætero autem & hæ quoque, addi merentur, quod indaginis operarum intuitu, haud rarò conqueſti fuerint magiſtri, ex affectibus factam eſſe à ſociis luſtrationem; Convivia autem illa utplurimum rixæ concomitentur injuriæque reales æque ac verbales, Magiſtratibus Politicis multum ſæpemet negotii faceſſentes; quæ ipſa poſterior ratio cum non minus ac illa, quam de damnis per antememorata ſodalium otia atque convivia Magiſtris, ac per conſequentiam univerſæ quoque Civitati illatis attulimus, & in cæteras quadret ſociorum compotationes atque commeſſationes, in ſæpelaudatis Reformationibus, earundemque verbis: oder ſonſt in andere Weiß/ merito & hæ quoque reprobatæ, de illisque cautum eſt, quod nullo modo permitti aut tolerari debeant à Magiſtratu Politico; Unde non poſſumus non mores damnare quibusdam in locis, Civitatibus cumprimis Imperialibus, adhuc hodie obtinentes, ſecundum quos permiſſum ipſis eſt, ob vicinitatem diei Solis, indeque etiam exortum rythmum: Montag iſt des Sonntags Bruder / à conſuetis feriari operis, da ſie einen guten / vel ut alibi dicere conſueverunt, einen blauen Montag machen dörffen; è contrario autem laudibus efferre Sereniſſimum Ducem Brunswigo-Lüneburgenſem, Georgium Wilhelmum, & Serenisſimum Legislatorem Bavaricum, quod uterque illorum hunc ipſum morem è terris ſuis exterminare penitus allaboraverit, ille quidem *in §. 27. Ordin. ſuæ, quam infr. laudabimus, in §. 3. huj. cap.* Hic autem *in Ordin. Provinc. Polit. Bavar. L. 1. tit. 1. art. 19.* ap. FRITSCHIUM: *d. loc. p. 158.* maximè, cum eosdem plerumque ita bachari videamus, ut & in Martis die, ob capitis quos exinde perſentiunt dolores, adhuc valdè ſocordes ſemet oſtendant in operis, proindeque etiam, ſecundum ea, quæ habet ADR. BEJERUS *in Tract. cui titulus, Bœthus peregre Redux:* der Handwercks-Geſell: *cap. 9. §. 5. n. 513. p. 149.* nonnemo haud absque ratione priori rythmo ſequentem addiderit: Dienſtag liegen ſie auch noch im Luder.

§. II. Secundum à priori abuſum mulctæ conſtituunt, pœnæque à Magiſtrorum Filiis atque Sociis ſibimet ipſis invicem hinc inde, quin & Magiſtris interdum, ob non ſervatos mores, transgreſſaque Statuta Opificialia, aut neglectas Leges, ab ipſis, Magiſtris dictas, impoſitæ, utpote quarum ulterior irrogatio, quantum ad priorem caſum attinet, prohibetur non modò *in Reformatione Politica de anno 1530. tit.* von geſchenckten und ungeſchenckten Handwerckern: ꝛc. *39.* §. Dieweil *1.* verbis ſequentibus: Es ſollen auch einige Straffen von obgemeldten geſchenckten oder nicht geſchenckten Handwercks-Meiſter-Söhnen (*k*) und Geſellen nicht mehr fürgenommen / gehalten oder

(*k*) Ita enim legenda eſſe hæc verba, & non, uti *in Corpore Receſſuum Imperii Francofurti edito 1707.* tàm *in hac ipſa Conſtitutione*, quam etiam *in Reformatione Polit. de anno 1548.* conſpiciuntur, Handwercks-Meiſter / Söhnen und Geſellen: ꝛc. patet exinde, quoniam 1.) ita leguntur tàm *in Corpore Receſſ. Imp. quod Moguntiæ prodiit, anno 1660.* quam etiam *ap.* DN. LUNIGIUM in deß Teutſchen Reichs-*Archivs Part. Gen. Contin. p. 538. b. & p. 848.* 2.) hoc modo verba hæc recenſuerunt, quas in textu mox laudabimus, *Ordinat. Prov. Bavar. & Elector. Palat.* 3.) *in ead. Edit. Francofurt. in* §. *78. Receſſ. Imp. d. anno 1559.* expreſſe dicitur Handwercks-Meiſters-Söhnen: ꝛc. & denique 4.) aliàs ex iis hoc ſequeretur inconveniens, quaſi nimirum ipſis quoque Opificum Collegiis ſimpliciter interdicta eſſet in hiſce duabus Imperii Conſtitutionibus, mulctandi poteſtas, cùm tamen non ſolummodo inter Doctores adhuc hodie eandem illis adſcribant; ADR. BEJERUS *in Tract. d. Colleg. Opific. cap. 16.* §. *7. num. 303. p. 365.* & *in Tract. d. Adovac. Jur. Opific. cap. 6.* AHASV. FRITSCHIUS *in Tract. d. Colleg. Opific. P. 1. cap. 3.* §. *4. num. 17. pag. 72.* ILLUSTR. DN. de LYNCKER *Cent. 8. dec. 712. p. 188.* aliique; ſed & ipſum *ſupralaudatum Concluſum trium Imperii noſtri Collegior.* §. *8.* hoc tantummodo prohibens, ne majorem dictent pœnam, quam quæ determinata eſt in ipſorum Articulis à Superioribus confirmatis, ſequentem in modum: Es ſollen auch einige Straffen von geſchenckten oder nicht geſchenckten Handwercks-Meiſtern / Söhnen und Geſellen / nicht mehr fürgenommen / gehalten

oder gebraucht ꝛc. werden : ſed & in iisdem plane terminis, in omnibus ferme & ſingulis Imperii noſtri Conſtitutionibus *in priori* §. recenſitis, *Reformatione* nim : *Politica de anno 1548. tit.* von Handwercks-Söhnen ꝛc. *37.* §. Dieweil in dem Heil. Röm. Reich ꝛc. *2.* *R. J. Auguſt. prior. de anno 1559.* §. Es ſollen auch. *78.* *Reformat. Polit. d. anno 1577. tit.* Von Handwercks-Söhnen: ꝛc. *38.* §. Es ſollen auch: *4.* ut & in *ibidem* quoque laudata *Ordinatione Provinc. Bavar. dict. L. 4. tit. 1. art. 18.* §. Dieweil ꝛc. & *Electoral. Palat. cit. tit. 18.* §. *2. verſ.* Es ſollen auch : *p. 148.* quantum ad poſteriorem autem, in *Rec. Imp. d. anno 1594.* §. Und als auch : *125.* & in *Concluſo Trium Imperii noſtri Collegiorum, de anno 1672.* §. Inſonderheit will auch : ꝛc. *10.* in verbis, *ſeq.* §. excerptis : & prohiberi vel propterea non potuit non, quoniam 1.) hæc ipſa mulctandi coërcendique poteſtas nullibi ipſis tributa, ſed proprio plane temerarioque auſu, & quidem quoad extenſionem imprimis in Magiſtrorum perſonas factam, ob nullum prorſus ipſis in haſce competens Imperium, contra omnem prorſus, ut in modolaudato Concluſo Imperii dicitur, rationem, non ſine maximo Magiſtratus Politici præjudicio, juriumque Eidem competentium imminutione, uſurpatur ; 2.) hæ ipſæ multæ pœnæque leviſſimis plerumque ex cauſis, & ob minimas ſæpemet à moribus Statutisque Opificiariis deviationes, atque eum potiſſimum tantummodo irrogari ſolent in finem, quò ſemper aliquid adſit, ad eò largius lautiusque compotandum, cùm & ſæpiſſime ſtatim præſtari debeant in bibalibus, &, quando in numerata pecunia earundem fit exſolutio, illa ipſa pecunia nullum alium vertatur in uſum ; At verò 3.) non ſolummodo

jam

und gebraucht werden / als ſo weit ihnen dieſelbe Krafft ertheilenden Innungs-Brieffen oder Handwercks-Ordnungen / mit *ſpecifici*rung der Fälle und des *quanti* der Straffen von der Obrigkeit zugelaſſen werden : & denique ipſa praxis quotidiana abunde ſatis teſtatur, Ipſa Jura mulctandi adhuc hodie ubique ferè locorum exercere, utut non abſoluta plane, ſed ad certam quandam ſummam, caſusque certos utplurimum reſtricta.

jam dudum probe obſervatum eſt à CHRIST. BESOLDO, *L. 1. Pol. cap. 12. §. 26. num. 3. p. m. 446.* quod, quemadmodum in bene conſtituta Republica ferri non debeant commeſſationes & convivia Opificum immoderata, ita vel maximè præcavendæ ſint illæ mulctarum captiones, quæ eo ſaltem exiguntur fine, ut occaſio detur commeſſationibus, da man einander an Wein ꝛc. ſtrafft: oder das Straff-Geld vertrinckt: ſed &, per ea, quæ *circa fin*: notavimus § *paulo præcedent*: in *ibidem* nominatis Imperii noſtri Conſtitutionibus, ipſæ ſociorum compotationes diſertè fuerunt prohibitæ, proindeque etiam ſine dubio mulctæ hæ pœnæque vetari debuerunt, tanquam media commeſſationes illas inſigniter promoventia.

§. III. Tertio loco Convicia occurrunt atque Contumeliæ: das Schelten: Schänden und Schmähen: Diffamationes: das unredlich machen: easdemque inſecutæ Exactiones: das auf- oder austreiben: *(l)* Circumactiones: das Umtreiben: *(m)* 1.) non ſolummodo inter Magiſtrorum filios atque ſocios, tàm inter ſemet ipſos, quam contra Magiſtros quoque: ſed & inter Magiſtros, ipſos itidem vel inter ſemet invicem vel etiam adverſus ſocios quoque, *(n)* uſitatiſſimæ, nec non hoc modo diffamatarum perſo-

(l) Ad expellendum diffamatum ſocium ex Officina ſua, vel privandum Magiſtrum diffamatum miniſtrorum ſuorum operis, tendentes: vid. JOH. WOLFG. TEXTOR *in Diſp. de Jurib. Opific.* (*annexa* GE. AD. STRUVII *Deciſionibus Jur. Opific.*) *part. 1. in not. ad th. V. lit. A.*

(m) Quæ tunc fieri ſolent, quando non quieſcunt, donec expulſus ad locum redeat, unde exiit.

(n) utut enim Magiſtri, convicia à ſemet dicta eſſe, coram Magiſtratu Politico ſemper ferè inficiari, omnemque culpam, in Sodales, Collegiaque Extraneorum transferre, ſeque omnibus modis excuſare, &, quam lubenter pro ſua perſona devotiſſime parere vellent, conteſtari ſoleant, de illis tamen conſtat abunde, quod ab hiſce ipſis vitiis adeò non ſint immunes, ut potiùs quàm ſæpiſſime ejusmodi convicia tam

perſonarum, lite adhucdum pendente, vel etiam, & quidem imprimis, in caſu non ulti ab ipſis convicii, è conſortio ſuo fieri ſolitæ Excluſiones; quippe quarum *priores*, contumelias puta diffamationes, atque ex- & circum-actiones, quatenùs à Magiſtrorum filiis atque ſociis adverſus conſocios fiunt, *Reformatio Politica de Ao. 1530 dict. tit. 39. §. 1.* ſequentibus: in *Reformatione quoque Politica d. Anno 1548. tit. 37. §. 2. R. I. d. Anno 1559. §. 78.* & *Reformat. Polit. d Anno 1577. tit. 38. §. 4.* repetitis prohibet verbis: auch keiner den andern weder ſchmähen noch auff-oder umtreiben/ noch unredlich machen: quatenus à ſociis contra Magiſtros, *Rec. Imp. d. Anno. 1594. §.* **und als auch** *ꝛc* **125.** in verbis: Neben demſelben auch die Geſellen die Meiſter ſchelten/ und halten die andern Geſellen ab/ dahero ſich offtmals zuträgt/ daß in einer Stadt/ oder auch einem Land/ ein Handwerck ohne Geſellen verbleiben muß/ dahero groß unrichtigkeit erfolgt/ daß nemlich/ auff ſchlecht bloß Angeben etlicher muthwilligen Geſellen ohne alle rechtmäßige Urſach und ausführung andere Geſellen aufftreiben/ dieſelbige ſo wol als die Meiſter ſelbſt/ an frembde Ort vor ihr Zunfft fordern/ mit Straff belegen/ die Handwercks-Geſellen umtreiben: & *ſupralaudatum Concluſum trium Imperii noſtri Collegiorum, de Ao. 1672. dict. §. 10.* utpote cujus verba, inſerta quoque *Georgii Wilhelmi, Ducis Brunſwigo Luneburgenſis Ordinationi* (**oder Verordnung und** *Regliment*, **wie es in dero Fürſtnithum und Landen/ ꝛc. bey denen Aemptern und Gilden der Künſtler und Handwercker hinführo zu halten/** quæ extat ap. ANTON. FABRUM *in Tom. 1.* **der Europaiſch. Staats-Cantzl.** *Faſc. 2. num. 6. p. 140. ſeq.*) *§. 29.* ita ſonant: Inſonderheit aber will auch bey einigen Handwerckern (*o*) dieſer wider alle

D

in Con-Magiſtros, quàm in Sodales quoque fundere, atque per cæteros Sodales diſſeminare, vel etiam hos ipſos ad talià dicenda concitare nequaquàm dubitent.

(*o*) Illis nimirum potiſſimùm, ubi quodammodo exæquantur Magiſtris Socii, & ad actus Judiciales unà cum illis admittuntur, negotiaque Collegiorum communi nomine **der Meiſter und Geſellen/** tractantur.

alle Vernunfft lauffende Mißbrauch einreiſſen / daß die Handwercks Geſellen / vermittelſt eines unter ſich ſelbſten anmaßlich haltenden Gerichts / die Meiſter vorſtellen/denen-ſelben gebiethen / ihnen allerhand ungereimte Geſetze vor-ſchreiben / und in deren Verweigerung ſie ſchelten / ſtraffen und gar von ihnen aufſtehen / auch die Geſellen / ſo nachge-hends bey ihnen arbeiten/ aufftreiben / und vor unredlich hal-ten: Welche Unordnungen und inſolentien gleicher maſſen durch jedes Orts Obrigkeit mit Nachdruck und ernſtlich ab-gethan und keines Wegs gedultet ꝛc. werden ſollen: quatenus autem à Magiſtris vel adverſus Con-Magiſtros, vel adverſus ſodales, *Idem Concluſum*, §. 5. ſequenti verborum figura, & in *ante-laudata Ordinatione Georgii Erneſti*, §. 30. retenta: Es ſoll auch keiner den andern nicht ſchmähen noch eigenmächtig auff- oder umtreiben / noch unredlich machen / ſondern da ſich was zutrüge / darum ein Handwercks-Mann Meiſter und Geſell auffzutreiben / oder ihme ſein Handwerck nieder zu legen ſeyn möchte: ſolle ſolches der ordentlichen Obrigkeit des Orts für und angebracht / und hierüber gebührenden Außſchlags erwartet werden: *Poſteriores vero* (excluſiones nempe) *Reformatio Politica d. Anno 1548. dict. loc.* unà cum omnibus & ſingulis antememoratis Conſtitutionibus, verbis inſe-quentibus: Es ſoll auch derjenige / ſo geſchmähet worden / keines Weges ausgetrieben / ſondern bey ſeinem Handwerck gelaſſen / und die Handwercks-Geſellen / mit und neben ihm zu arbeiten ſchuldig ſeyn / ſo lang biß die angezogene Injurien und Schmach / gegen ihme / wie ſich gebührt / erör-tert wird: quæ ipſa, non minus quam paulo ante præmiſſa, ſua quoque fecit *ſæpelaudatum Concluſum Imperii, dict.* §. 5. *Ordinatio Prov. & Polit. Bavar.* nec non *Electoral. Palat. in loc. antecitt.* Et quamvis, quod Convicia attinet atque diffamationes, nec non exactiones & circumactiones, antelaudatas Imperii noſtri Con-ſtitutiones non intelligendas eſſe exiſtimet ADR. BEIERUS, *in*

Tract.

Tract. de Conviciis Opificum, de Conviciis aut diffamationibus Opificiariis propriè ſic dictis, ſive delicti opificiarii, (i. e. omnis facti, privilegiis, ſtatutis, vel moribus Opificiariis adverſi:) vel etiam, ſtudii honeſtatis intuitu, *(p)* communis quoque, & non Opificiarii, redarguitionibus atque exprobrationibus, ab iis, qui de eodem ſunt Collegio, (*q*) legitimis atque ſufficientibus, iisdemque ſpecifice indicatis ex cauſis, bona intentione, juſtitiæ ſcil. tuendæ, ac defendendorum ſtatutorum morumque opificiariorum gratia, juſtoque ex Zelo adverſus illegalitates opificiarias, atque amore boni publici, ſolenniter, (nimirum *vel verbis*, aut in faciem transgreſſoris dictis, aut ut plerumque fieri ſolet, inter ſalutationum ſolennia, bey dem Aus- und Einſchreiben: *vel in ſcriptis*, atque perperſecutiones literarias, durch das Nachſchreiben / oder nachgeſchickte Schelt-Brieffe / vel, ut etiam loqui adamant, nachgeſchickte Fledermäuſe: (*r*) *vel* denique

 factis

(*p*) Aliter enim, quàm in hoc reſpectu, delicta communia objectum convicii opificiarii non conſtituere, aliasque injurias ſine effectu opificiario eſſe, & ab ipſis opificibus ad Magiſtratum Politicum deferri, IDEM tradit, *dict. Tract. Part. 3. c. 7. §. 24. n. 245. p. 74. & c. 2. §. 4. n. 149. p. 47.* de cujus tamen poſterioris aſſertionis veritate, ob praxin multorum locorum contrariam, merito ſubdubitamus.

(*q*) Extraneos namque, i. e. omnes, qui non ſunt de illo ipſo Collegio, utut vel maxime alii generis Opifices ſint, ad convicium opificiarium dicendum, ſeu irregularitatem exprobrandam, regulariter, &, niſi diffamandus per pactum antecedaneum in ſemet recepiſſet convicium opificiarium haudquaquam eſſe idoneos, IDEM oſtendit *d. Tract. P. 3. c. 2. §. 7. n. 164. p. m. 51.*

(*r*) Id quod vel incidenter tantummodo perficiunt, ſolum diffamati nomen ſodalium annectendo atteſtatis: vel ex profeſſo, mediante ſcil. integra epiſtola, diffamationem, vel formaliter atque explicite, vel effective tantum & implicite continente: vid. BEIERUS *d. Tr. p. 3. c. 9. §. 37. n. 304.* ubi *num. 306. ſeqq* formulas exhibet ejusmodi diffamationum ſcriptarum, atque *303.* obſervat, quod diffamationis in protocollum Opificiarium, vel in peculiarem catalogum, das ſchwartze Regiſter / oder das ſchwartze Buch / conſignatio memoriæ magis gratia fiat, quam diffamationis.

factis quoque, conſurrectione nimirum, den Auffſtand: (*s*)) expediri ſolitis, utpotè quæ omnia, in quantum pro defenſione fiunt illorum morum atque ſtatutorum, qui quæve publice recepti ſunt, aut confirmata, in & per ſe omninò licita, & pro legitimis coërcendi in jusque vocandi, atque ad ſubeundam cauſæ cognitionem, compulſivis remediis habenda, quin imo cuivis membro ex neceſſitate incumbere reputat, ſed de illorum exceſſibus atque abuſibus, illisque potiſſimum caſibus, quando vel prorſus nulla allegari poteſt cauſa, vel non alia, quam frivola; vel propter transgreſſionem fiunt morum aut ſtatutorum publicè non receptorum aut confirmatorum: aut propter leviſſima tantummodo peccatilla, ob ſupralaudati Receſſus Imperii de Anno. 1594. verba ſequentia: auff ſchlecht bloß Angeben etlicher muthwilligen Geſellen/ ohne alle rechtmäßige Urſach und Ausführung: ꝛc. Ejusdem tamen ſententiæ adſtipulari propterea vix poſſumus, quoniam 1.) verba prohibitiva omnium & ſingularum Imperii noſtri Conſtitutionum ſuperiùs memoratarum generalia ſunt, omnia prorſus convicia, omnesque diffamationes atque exactiones in genere reprobantia, ea verò quæ ex antecitato Receſſu Imperii allegata, non diſpoſitiva, ſed enarrativa tantum; 2.) ſupralaudatum Concluſum trium Imperii noſtri Collegiorum, quod ſine dubio ex Conſtitutionibus illis deſumptum eſt, easdemque pro fundamento habuit, ſatis evidenter univerſum prorſus conviciorum, diffamationum; exactionum, & circumactionum uſum damnat

(*s*) Quando videlicet Socii, in caſu, quando Juri Opificum ſeu ſcripto ſeu minus ſcripto ab uno pluribusve Magiſtris aut Conſociis adverſum vivitur, accedente cumprimis incorrigibilitate, à ſellis ſuis, ad præviam utplurimum conjurationem, (cujus de abſonis ritibus atque ſolennitatibus videri poteſt IDEM ADR. BEIERUS, *in Tr. d. Boëtho: cap. XI. §. 3. n. 588. ſeqq. p. 173. ſq.*) unanimiter conſurgunt, nec ad operas redeunt, ſed deferiantur, atque diſceſſum minantur, tanquam à loco infecto: vid. *modoland*: BEIERUS. *d. c. XI. §. 4. n. 593. ſqq. p. 174. ſqq.* & *in Tr. d. Conviciis Opific. p. 3. c. 9. §. 39. n. 315.*

damnat atque reprobat, eoque ipſo procul dubio ſatis ad intelligendum dat, & ſupra recenſitas Conſtitutiones ita quoque eſſe exaudiendas: & denique 3.) illa ipſa convicia, diffamationes &c. etiamſi vel maxime legitima adſit atque ſufficiens cauſa, (quam tamen plerumque iisdem deeſſe novimus) nunquàm ferè ex bona intentione, veroque boni publici amore, atque genuino adverſus illegalitates opificiarias Zelo, ſed potiùs nunquam non ex livore fieri ſolent, atque maligno alteri nocendi animo, aus einem Handwercks-Neyd: cùm, ſiquidem prior intentio in rei veritate à conviciantibus foveretur, alii omnino adeſſent modi, gradusque intermedii, per quos eum, in quem convicia illa fuderunt, in caſu, quando aliquid deſiderandum in illo eſſe exiſtimant, per quod rem opificiariam deteriorem fieri credunt, ſiquidem vellent, corrigere, atque à deviatione ſua, in viam rectam revocare poſſent, e. gr. amica dehortatio, privatim facta, &, ſi huic locus non detur, ſed incorrigibilitas deprehendatur in transgreſſore, legitima ejusmodi Exceſſuum atque transgresſionum, ſiquidem leviores tantummodo ſint, atque ad cognitionem Collegii pertineant, ad Collegium, ſi verò graviores, ad Magiſtratum Ordinarium, tempore maturo, &, priusquam ad extraneos res dimanet, delatio, in ſæpelaudato quoque Concluſo inculcata; adeoque neceſſe non ſit, à conviciis ſtatim auſpicari negotium, atque diffamando, aut ad exteros diſſeminando, peccantis Contribulis ſui exiſtimationem tam graviter & longe lateque ſuggillare; Excluſiones autem illas ab actibus & exercitio jurium opificialium, vi cujus, diffamatum, in caſu cumprimis ſilentii atque tolerantiæ ipſius, quando nimirum convicia fert inulta, atque ultra ſpatium inter Collegia exemptum ſilet, quin imo, & quando cauſam ſuam agit, lite deſuper pendente, non invitant ad congreſſus Collegiales, laſſen ihne ſitzen/ und fordern ihne nicht ins Handwerck/ aut ſponte venientem inde arcent: miſſum ab eodem ſymbolum ſeu collectam trimeſtrem, den Quartal-Groſchen/ repudiant: ſtare

non patiuntur juxta ſe, ac manufacturas ſuas venum exponere, in publico, neque ad ſortitionem admittunt arearum, quando ſtationes atque ſpatia invicem dividunt, laſſen ihne nicht um die Stände looſen / ſed reſtituunt ipſi teſſeram, ſondern werffen ſeinen Looſdreyer aus / und geben ihn wider zuruck: unà cum reliquis conviciorum effectibus, e, gr. ſubtractione, & denegatione operum pietatis atque humanitatis, (dum ſcil. funera ipſius ſuorumque efferre aut concomitari detrectant, aut ſaltem non ut Contribules comparent, ſed inter cœteros tantum, vel etiam habitu ad luctum non compoſito, vel numero minus ſufficiente) Vitioſitate Actuum Collegialium, in ejusmodi perſonæ infectæ præſentia, ſive invitata fuerit, ſive ſponte ſemet ingeſſerit, celebratorum: atque Neceſſitate illius evitandi conſortium, (dum nimirum neque Magiſter integræ exiſtimationis bœthum ſive ſocium quem diffamatum eſſe novit, regulariter, & niſi neceſſitate ad illud adigatur operarum elaborandarum, bœthorumque regularium penuriâ, ipſeque Collegium deſuper imploraverit, recipere, neque Bœthus honeſtus ad Magiſtrum conviciis obnoxium, exhibendarum ipſi operarum gratia, ultra quaterdenam, ſ. quatuordecim dies, divertere poteſt, da ein geſcholtener Meiſter keine Jungen lehren / und keine Geſellen fürdern / ſondern nur vor ſich / auff ſein Burger-Recht / in ſeiner Werck-Statt / ſchaffen darff: (*t*)) tàm in caſu, quando ex juſta

(*t*) Ad victum nempe quærendum, & ne inedia interim pereat, quæ ratio quoque eſt, quod interdum iis quoque Magiſtris, qui vel ſponte diſceſſerunt è Collegio, vel etiam ob perpetratum delictum aliquod famoſum, cujus & convicti ſunt, & confeſſi, proptereaque etiam publice puniti, è collegio ſuo totaliter, atque ſine ſpe, priſtina Jura recuperandi, ejecti hæc ipſa facultas à Magiſtratu Politico concedatur: conf. ADR. BEIERUS *in Tract. d. Tyrone Opifiar.* vom Lehr-Jungen: *cap.* 3. §. *5. n. 100. pag. 24.* quam in rem notabile proſtat exemplum in Patria noſtra, Civitate Imperiali Biberacenſi, ubi ſuperiore Anno 1716. Fabro Serario, ob furtum reiteratum publica pœna affecto, ex ſpeciali gratia, â Magiſtratu loci, ad conſilium Opificum Raven-

juſta atque legitima cauſa dictum eſt convicium, quàm etiam tunc, quando ſine ſufficiente cauſa, & non ſolummodo quando fiunt lite pendente, ſed & quando propter diffamati ſilentium, omninò iniquas, & propemodum irrationabiles eſſe, exiſtimamus propterea, quoniam 1.) in caſu, quando ſine cauſa legitima atque ſufficiente, & non niſi per calumniam dicta ſunt convicia, excluſiones hæ, anteque memorati reliqui conviciorum effectus & hujusmodi quoque injurioſis conviciis tributi procul dubio ex vana proveniunt vulgi opinione, quaſi nimirum & alterius quoque facta aut verba injurioſa, vel ſolæ quoque criminum aut delictorum exprobrationes, ſive juſtam pro fundamento habeant cauſam, ſive injuſtam, ipsâ naturâ ſua, famam læderent & exiſtimationem illius, qui affectus eſt injuriâ, aut cui crimina delictaque illa per calumniam exprobrata, è contrario autem certo eſt certius, quod ad hoc, ut fama alicujus imminuatur, proprium requiratur factum turpe, legibusve adverſum, vid. B. LAUTERBACH *in Coll. Pand. Theor. Pract. ad tit. de his qui notant. infam:* §. 7. & quod ad exturbandum aliquem poſſeſſione ſua vel quaſi integræ famæ, neutiquam ſufficiat, injuria ipſi ab altero illata, aut delictum aliquod eidem imputatum, conf. AHASV. FRITSHIUS *in Tract. d. Colleg. Opif. p. 2. cap. 4. num. 23. p. 38.* quum aliàs miſerrima profecto noſtra foret conditio, ſi quidem fama noſtra ab aliorum dependeret arbitrio; 2.) in caſu, quando ex legitima atque ſufficiente dicta ſunt cauſa, neutiquam tamen

ſpurgenſium, (de quo ipſo conſilio literæ teſtántur Senatus Ravenſpurg. ad Magiſtratum Biberacenſem, d. 26. Aug. 1716. exaratæ, quas, pro illuſtranda hac ipſâ materia ſatis curioſa, in appendice, *ſub Num. 1.* publici Juris facere, non abs re viſum nobis eſt) reſtrictum hocce opificii ſui exercitium permiſſum eſt. Alium caſum, ubi nim: ſimile quid alicui Sodali, Magiſterii Candidato, eum in finem conceſſum eſt, ut pecuniam comparare potuerit, ad Magiſterii ſumptus neceſſariam, IDEM BEIERUS habet *in Tract. d. Magiſtro,* vom Handwercks-Meiſter: *cap. 11. §. 1. n. 377. p. 131. & cap. 12. §. 5. n. 455. ſeqq. p. 160. ſq.*

men decet, contra omnia omnino jura, ab executione inchoare proceſſum, valdeque eſt iniquum, neque auditum aliquem neque convictum è ſuo ejicere Collegio, & per hoc ipſum pro homine habere infamiæ macula notato, maximè cum non ſolummodo utplurimum propter ejusmodi delictorum exprobrationes fieri ſoleant excluſiones illæ, quæ deinceps, & quando quis illorum vel maxime convictus eſt atque confeſſus, aliquot expiari poſſunt bacis aut groſſis, adeoque, quum excluſiones illæ non poſſint non infamiam ſecum trahere, *arg. l.17. §. 12. ff. ad municip. d. incol. L. 21 C. ad L. Corn. d. falſ. junct. L. 14. §. 8. ff. d. re milit.* inter famam autem hominis utpote quæ pari cum vita paſſu ambulare dicitur, & aliquot bacos aut groſſos, nulla prorſus ſit proportio, valde profecto ſit abſurdum, ob delictum alicui imputatum in dubio ſtatim multo majori illum pœna afficere, quàm quidem affici poſſet, ſi vel maxime propter illud ipſum condemnandus eſſet, ſed & quando delictum objectum unum ex gravioribus eſt, perplura tamen habere poſſit de eodem diffamatus ad defenſionem ſuam inſervientia, ipſumque à criminis aut delicti objecti ſuſpicione liberantia; ut proinde tranſire nequeamus in caſtra Scabinorum Lipſienſium, qui, ſecundum ea, quæ habet GEORG. AD. STRUVIUS *in deciſ. Jur. Opific. Dec. 20. p. 40. ſeq.* Menſe Junii anno 1678. ad Piſtorum Eislebienſium requiſitionem, ipſos non teneri reſponderunt, Contribulem ſuum furti crimine inſimulatum, poſt decretam adverſus ipſum à Magiſtratu inquiſitionem, ad actus admittere Collegiales, quum & in caſu decretæ adverſus diffamatum inquiſitionis non ſtatim ſequatur, quod ille revera quoque reus ſit imputati ipſi criminis, ſed non rarò fiat, ut inquiſiti indicia elidant quæ anſam præbuerunt, decernendæ contra ipſos inquiſitioni prætereaque etiam ex Jure noſtro conſtet, quod in plurimis delictis, ad effectum irrogandæ infamiæ, Judicis requiratur ſententia declaratoria, per *L. 7. ff. d. Publ. Judic.* & quidem talis, quæ tranſiit in rem judicatam, vid. B LAUTER

TERBACH *in Coll. Pand. dict. tit.* §. *10.* 11. 15. *&* 16. *in fin.* ubi etiam ex *L.* 6. §. 1. *ff. de his qui not. infam.* & PHIL. RICHTERO *Part. 2. Dec. 18. n. 32.* notat, quod proinde ne quidem ſententia in prima inſtantia lata infamiam inducat, quando contra ipſam interpoſita eſt appellatio, & quod dehinc ne quidem poſt eam, ii excludi queant à Collegiis Opificum, contra quos illa eſt lata, cùm lite pendente nihil plane ſit innovandum, qua in re adſtipulantem quoque habet JOH. WOLFG. TEXTOREM, *in Diſp. d. Jurib. Opific. Part. 1. th. 6. in not. lit. b. p. 208. ſeq. in antelaud. Deciſ.* STRUVII, &, quem ille *ibidem* laudat, J. T. SPRENGERUM: multo verò minus in caſtra Aſſeſſorum Dicaſt. Jenenſ. qui, teſte ILL. DNO. de LYNCKER, *Mæcenate noſtro perquam Gratioſo, in Part. 2. Rer. in Dicaſt. Jenenſ. deciſ. Cent. 8. Dec. 712. p. 187.* Menſe Decembr. anno 1699. Tonſorem, quem propterea, quod perſonæ febre laboranti tam noxia dediſſet medicamenta interna, ut exinde perire debuerit ægrotans, Medicus illius loci coram integro Tonſorum Collegio nequam vocavit, vor der Balbier-Zunfft einen Schelmen geſcholten/ jure excludi reſponderunt à Tonſorum Collegio, præprimis, cum hujus Deciſionis nullam aliam allegaverint rationem, quàm mores Opificum, in antelaudatis verò Imperii noſtri Conſtitutionibus jam dudum reprobatos atque damnatos: ſed potius adſtipulari debeamus Scabinis Hallenſibus, & Aſſeſſoribus Facultatis Juridicæ Jenenſis, quorum illi, Anno 1587. Menſe Majo, hi autem Anno 1617. Menſe Majo, teſte GE. AD. STRUVIO, *in dict. Dec. Opific. Dec. 25. p. 56. & Dec. 64. p. 107.* ejusmodi diffamatos, pendente cognitione ſuper delicto, poſſeſſione vel quaſi Opificii ſui privandos non eſſe, neque de facto ſtatim tribu ejiciendos, ſine diſtinctione reſponderunt; & denique 3.) eæ, quæ propter inculpati ſilentium fieri ſolent excluſiones, pro vero certoque ſupponunt, eundem hoc ipſo ſilentio ſuo, debitæque vindictæ intermiſſione confeſſum eſſe objectum ipſi delictum, proindeque illum, ne in hanc ipſam incurrat ſuſpicionem, neceſſario rem ſuam agere de-

E be-

notat Lync[illegible]

bere, quibus tamen inter alia, per ſequentia ſatisfieri poſſe videtur, quod, quemadmodum 1.) in dubio, pro quolibet præſumptio militat probitatis, ita 2.) vindictæ omiſſio ex alia longè cauſa, quàm delicti imputati conſcientia, nimirum vel ex chriſtiana charitate, vel etiam ex generoſo quodam maledictorum contemptu facta, atque inculpatus de ſententia eſſe poſſit XENOPHONTIS, *Tu maledicere didiciſti*, calumniatori alicui reſpondentis, *& ego, conſcientia teſte, didici maledicta contemnere:* CHRYSIPPI, *Atque ego ſic vitam degam*, dicentis, *ut tibi nemo ſit crediturus:* ARISTOTELIS, qui, ut Auctor eſt LAERTIUS *L. V. d. Vita Philoſoph.* cum audiviſſet aliquando, ſe à quodam contumelia affici, *Abſentem*, inquiebat, *me vel verberet*: LISIÆ, *Hominis eſt*, ſcribentis, *non ingenui, ſed litigioſi, injuriarum inſtituere actionem*: & poſt prolata varia illorum exempla, qui illatas diſſimularunt injurias, ita concludentis: *Quantò rectius, Philoſophum talem ſe oſtendere, ut venia dignetur eum, qui in ipſum peccaverit, quam videri quidem ſemet vindicare in jus eundo & accuſando; at re ipſa indecore ſe gerere, & dogmatis ſuis non conſentanea agere:* L. ANN. SENECÆ *L. 2. d. Ira. cap. 32. Magni animi eſt*, inquientis, *injurias deſpicere. Ultionis contumelioſiſſimum genus eſt, non eſſe viſum dignum, ex quo peteretur ultio. Multi leves injurias altius demiſere dum vindicant. Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus exaudit*, & *in integro Libro ad Serenum* contendentis, *quod in ſapientem, non cadat injuria*: & HORATII, cujus verba, ex *L. 1. Epiſt. 16.* exhibuit ILL. THOMASIUS *in Diſp. d. Exiſtimatione fama & infamia extra Rempublicam*; *§. 26. p. 16.* aut bonâ conſcientiâ fretus, vulgato apud Germanos, atque à B. HERTIO *in Diſſ. d. Epidipnide Paræmiar. Jur. Germ.* (quæ *in Ejusd. Vol. 2. Opuſc. Tom. 3. Diſſertatio eſt ultima:*) *Par. 29. p. 462. ſeqq.* eleganter illuſtrato uti proverbio: Es gilt mir gleich / ob mich eine Hure lobt / oder ein Schelm ſchilt: vel illo:

- - - - - - Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

3.)

3.) contra jura ſit, invitum compellere ad agendum; per ea, quæ contra hunc ipſum Opificum morem, notavit JOH. BRUNNEMANNUS *in Comment. ad Pand. ad L. fin. d. Colleg. & Corporib. num 4. p.630. a.* & denique 4.) non obſtent ea, quæ de caſu objecti alicui certi cujusdam criminis, pro hac ipſa opinione, B. SAM. STRYCKIUS habet *in not. ad* B. LAUTERBACHII *Compend. Digeſtor. ad tit. d. his qui not. infam. verb. non facit: p.126.* provocans ad commune illud proverbium: *Crudelis eſt, qui famam ſuam negligit*: Wer ſeine Ehr und guten Nahmen nicht achtet / der muß ein loſer Menſch ſeyn: & *Art. 25. Conſt. Crimin. Car. V.* §. Erſtlich, ejusdemque verba: oder beziehen worden ſey: neque, quod anno 1693 Menſ. Jan. in Dicaſt. Jenenſ. teſte ILL. DNO. LYNCKERO, *P. 1. Rer. in Dicaſt. Jenenſ. Deciſ. Cent. IV. Dec. 323. p. 197. a.* pronunciatum fuerit, pro Sutorum Collegio quod Magiſter diffamatus, qui convicium adverſus ſemet dictum, ad cœterorum Magiſtrorum hortatum, ultus non eſt, è Collegio ipſorum rectè ejiciatur, cùm, quod rationes attinet B. STRYCKII, proverbium iſtud non illum, ſed hunc potius habeat ſenſum, quod ille omnino crudelis ſit, qui per propria facta turpia famam ſuam imminuit, juxta æque vulgatum proverbium:

Omnia ſi perdas, famam ſervare memento,
Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.

Allegata autem Conſtitutionis Criminalis verba non ita nude & crude, de qualibet inculpatione, & de quolibet, levioris quoque generis delicto, accipienda, ſed de illo tantummodo intelligenda ſint caſu, quando nimirum imputatum eſt delictum aliquod grave, & quidem 2.) non una tantum, ſed aliquoties reiteratis vicibus: 3.) non ab uno tantum aut altero, ſed à pluribus, & quidem, quod probe notandum, 4.) non inimicis, inculpatoque infenſis, (quales, uti plus quam notum eſt, Opifices plerumque ſibimet invicem eſſe ſolent:) & denique 5.) homini levi & vili, qui à deli-

ꝺto eidem exprobrato abhorrere non videtur; In illa autem ſententia, quæ prolata eſt in Dicaſt. Jenenſ. nulla alia adferatur deciſionis ratio, quàm 1.) recepti inter Opifices mores, quos tamen, poſt tot tantasque Imperii noſtri Conſtitutiones, nullius plane momenti, neque in bene conſtituta Republica ferendos eſſe, jam *ſupra* diximus: & quod 2.) inculpatus idem ſtatuerit in alios; Hæc ipſa autem ratio particularis ſit, neque applicari queat omnibus omnino caſibus, cum ſæpemet is excludatur ob imputatum ipſi delictum, qui tale quid nunquam ſtatuit in alios: 3.) Edictum illud quod quisque Juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem Jure utatur, tunc demum locum habeat, quando adverſarius ejusmodi iniqui juris dictionem expreſſe petit: & quidem, quod tertio notandum eſt loco, in cauſis tantum civilibus, quando nimirum adverſarius perſequitur Jus ſuum, aut ad pœnam agit ſibimet applicandam, nullo verò modo in cauſis Criminalibus, vid. omninò GE. AD. STRUVIUS, *d. Vindicta Privata & Retorſione Jur. iniqui. cap. XI. Aphor. 11. p. m. 153.* & B. D. BARDILI *in Concluſ. ſelect. de Retorſ. Jur. Concl. 25.* ubi expreſſe tradunt, quod, quando in aliquo loco aut judicio injuſta delicto ſtatuta eſt pœna, retorſio ne hodie quidem locum queat habere.

§. IV. Quartum abuſum pacta conſtituunt ab opificibus in Collegiis ſuis inita, quorum vigore, ſub certæ cujusdam pœnæ interminatione, ſemet obligant invicem, quod nullus eorum res aut merces ſuas majori vel minori vendere velit pretio, quam alter; Hæc ipſa etenim pacta reprobare atque damnare videmus, non ſolummodo antelaudatas *Reformationes Politicas de Anno 1548. tit. 36. & de Anno 1577 tit. 37.* ſequentem in modum: und nachdem die Handwercker in ihren Zünfften/oder ſonſt zu Zeiten/ ſich miteinander vereinigen und vergleichen/ daß einer ſeine gemachte Arbeit/ oder Werck/ in faylem Kauff nicht mehr oder weniger verkauffen ſoll/ denn der ander/ und alſo einen Auffſchlag oder Steigerung machen/ daß diejenigen/ ſo derſelben Arbeit nothdürfftig/ und kauffen wollen/ ihnen die

die ihres Gefallens bezahlen müſſen ꝛc. Meynen wir hiemit ernſtlich und wollen daß ſolches von den Oberkeiten hinfüro keines Wegs gedultet oder geſtattet/ſondern gebührlichs Einſehens gethan werde: ſed & cum illis ipſis, *ſæpelaudatum Concluſum trium Imperii noſtri Collegiorum, d. Anno 1672.* §. Befindet ſich: *13. num. 3.* nec non *ſuperius quoque notatas Ordinationes Provinciales atque Politicas, Bavaricam; Lib. 4. tit. 1. art. 16. ap.* AHASV. FRITSHCIUM, *in Tract. d. Collegiis Opif. Mantiſſ. 2. pag.* 154. *Electoralem Palatinam; tit. 18. §. 1. pag. 145. atque Ducalem Wurtenbergicam: tit.* 55. §. nachdem 1. *& 2. pag. 114.* interque Doctores, GEORG. ADAM, STRUVIUM: *in S. I. C. Ex. 23. th. 68.* AHASVER. FRITSCHIUM: *in dict. Tr. Part. 2. cap. ult.* §. 1. JOH. LIMNÆUM, *in Jur. Publ. Lib. 4. cap. 8. n. 299.* aliosque complures; & quidem procul dubio, Jure meritoque; cum ad illuſtrandam atque firmandam rationem in antelaudatis Imperii noſtri Reformationibus contra hæc ipſa pacta adductam, quod nimirum hoc modo iniqua utplurimùm fiat amplificatio pretii, operarumque taxatio, in manifeſtiſſimum illorum præjudicium, qui ejusmodi indigent mercibus, cum easdem hoc modo eô redimere cogantur pretio, quod arbitrium ipſis ſtatuit, beneque placitum opificum, illud non male videatur inſervire, quod ejusmodi pacta; ſive ab initio ſtatim iniqua fiat rerum æſtimatio, ſive minus, eapropter ferenda non ſint in bene conſtituta Republica, quoniam *in priori caſu,* Monopolium ſapiunt, per *l. un. C. d. Monopol. &c.* ejusdemque verba ſeqq: *Neve quis illicitis habitis conventibus conjuret aut paciſcatur: Ut ſpecies diverſorum corporum negotiationis non minoris quam inter ſe ſtatuerint, venundentur: ibique tradita* à DION. GOTHOFREDO *in not. lit. f.* nec non ea, quæ habet TOB. BERNEGGERUS *in Diſp. Argentorati habita, Anno 1652. d. Monopoliis, §. 16.* & MICH. FRID. LEDERER. *in ſimilis argumenti Diſſ. Witteberga habita 1672. §. 9.* atque contra utilitatem publicam, & contra diſpoſitionem *L. 2. pr. ff. de Leg. Jul. de Annona:* illarum quoque ſæpemet rerum caritatem inducunt, quæ

 ad

ad neceſſariam pertinent vitæ ſuſtentationem: *In poſteriori* autem, 1.) & æqua ab initio taxatio ex poſt facto exinde, quàm facillime fieri poteſt iniqua, quoniam conſtat abunde, quod pretia rerum non omni tempore ſint æqualia, ſed utplurimum tempora nonnullam iis adferant varietatem, ſecundum tradita PAULI, *in l. 63. §. 2. ff. ad Leg. Falcid*, adeoque permulti plane contingere poſſunt caſus, in quibus pretii diminutionem naturalis poſtularet æquitas: 2.) ejusmodi pacta, non ſolummodò, cum omnium & ſingularum mercium valor non ſit unus idemque, ſed una merx alterâ longe majori ſæpius vel minori digna ſit pretio, anſam propemodum præbent ſegnioribus Opificibus, lucrique præ aliis cupidis, merces conficiendi vilioris momenti, è contrario autem illis, qui melioris frugi producere anniterentur merces, viam præcludunt, condignum labore operisque ſuis recipiendi pretium; ſed & 3.) haud leviter Jurisdictioni præjudicant Magiſtratus Politici, uti probe notavit MATHIAS STEPHANI, *Lib. 2. d. Jurisdict. part 2. cap. 7. n. 29 & 30.* utpote ad cujus proprie curam pertinet, certum juſtumque pretium civile atque legale ſingulis ſtatuere rebus; per latius deducta à B. LAUTERBACHIO, *in Colleg. Theor. Pract. ad Tit. d. C. E. V.* §. 55. & DN. JOH. GEORG. FICHTNERO *in Diſp. Altdorfi habita Anno 1718. d. Juſtitia pretii §. 4. multisque ſeqq.* & denique 4.) omnes illæ & ſingulæ rationes, quæ pro hujusmodi pactis militare videntur, nimirum, quod, quando libertas unicuique Opifici relinqueretur, rerum diminuendi pretia, ſæpius aliqui id ipſum facturi ſint in perniciem reliquorum, ut nim. emptores illis abſtrahant, maxime, quando adſint Opifices novitii, utpote de quibus conſtet abunde, quod plerumque id ipſum faciant, alliciendorum emtporum gratia, Kundten an ſich zu bringen: & vel nimis liberaliter fidem habere ſoleant de pretio, vel pretio, juſto viliori, & cum proprio ſæpemet divendant damno, ſperantes, quod, ubi ſemel innotuerint, vel multitudine lucri minuti detrimentum reſarciri

pos-

poſſit, juxta illud, ein kleiner Gewinſt und offt: vel emptores ſemel ineſcatos alio tempore, ſub alio prætextu, circumveniri queant, woltens auff ein andermal ſchon wieder nachzuholen und einzubringen wiſſen: hocque modo cæteris Con-Magiſtris, qui ſecundum canonem taxæ incedunt, noceant, ruiniren ihre Mit-Meiſter / (utpote quos deinceps, pro notitia & applauſu conſervando, oporteat ejusmodi Opifices, in fide ſequenda, pretioque remiſſiori imitari;) quin imo ſibimet ipſis malum utplurimum accerſant, dum nimirum cœptum curſum continuare nequeant, da ſie das Werck nicht hinausführen können: Ideoque non ſine rationabili cauſa introducere liceat, ne nimio quanto pretia minuat alter, maxime, cum ipſius interſit Reipublicæ, pretia rerum perennia eſſe, uniformia, Opificesque magis locupletes habere, quam decoctores, & ſi quæ proferri poſſent aliæ, non niſi privatæ ſunt, atque de domeſticis opificum commodis repetitæ, adeoque illas, quæ à nobis ante adductæ ſunt, de damno in Rempublicam per ejusmodi pacta redundante, cum utilitas privata cedere debeat ſine dubio publicæ, vincere, hocque efficere nequeunt, ut, quando exiſtimant Opifices, libertatem merces ſuas quo libet pretio divendendi aliqua ſecum ferre incommoda, ſibimet ipſis ſtatim hac in re, propria conſulere queant authoritate, neque neceſſe habeant, deſuper Magiſtratum adire Politicum.

§. V. Quintum à prioribus abuſum mores conſtituunt quibusdam in locis, Linteones; Tonſores: Balneatores: Opiliones; Molitores: Publicanos: Tibicines: & Buccinatores, eorundemque liberos atque parentes, ab aliorum opificiorum Collegiis arcentes atque excludentes; Quemadmodum enim & hos ipſos, *antelaudata Reformatio Politica de Anno 1548. tit. 37. §. 1.* & *d. Anno 1577. tit. 38. §. 1.* diſertiſſimis hiſce reprobat verbis; Als auch an etlichen Orten / der Gebrauch iſt / daß die Leinweber / Barbirer / Müller / und dergleichen Handwercker in den Zünfften zu andern / dann ihrer Eltern Handwercken

cken nicht auffgenommen noch gezogen werden / und aber je unbillich / daß diejenige / ſo eines ehrlichen Herkommens / Handels und Weſens / ausgeſchloſſen werden ſollen / ſo wollen wir ſolche beſchwehrliche Gebräuch oder Gewohnheiten hiemit auffgehebt / und vernichtiget haben: Setzen / ordnen und wollen demnach / daß die Leinweber / Barbierer / Schäfer / Müller / Zöllner / Pfeiffer / Trummeter / Bader / und die / deren Eltern / davon ſie gebohren ſind / und ihre Kinder / ſo ſie ſich ehrlich und wol gehalten haben / hinfüro in Zünfften / Gaffeln / Aemten und Gilden / keines Weegs ausgeſchloſſen / ſondern wie andere redliche Handwercker auffgenommen / und darzu gezogen werden ſollen 2c. Ita illud ipſum non ſine cauſa longe juſtiſſima factum fuiſſe, vel exinde pateſcit, quoniam neque genuina ferè certaque reddi poteſt ratio inſulſi hujus inſtituti, neque vel rationes, quæ Tibicinum atque publicanorum intuitu proferri poſſent, quod nimirum *illi*, cùm ars ipſorum plerumque miniſtra ſit voluptatum, ipſique fruſtulo panis ſæpemet ad fiſtulandum ſemet conduci patiantur, non ſolummodo, argumento eorum, quæ apud CICERONEM leguntur, *L. 1. d. Offic. cap. 42. n. 9.* ſed &, prout ex SPEC. SAXON. *L. 1. art. 37. & L. 3. art. 45.* colligere licet, apud Germanos quoque, viliori loco, quin imò, cum vocabulum germanicum rechtloß / ſecundum ea, quæ DN. HEINNECCIUS habet, *in Diſp. d. Levis notæ mac. §. 34. p. 61. ſeq* infamem denotet, pro infamibus plane habiti fuerint, præterque ea, per ſuas quoque mendicitates, in *R. I. Auguſt. d. Anno 1500. tit.* von den Pfeiffern *24. Reformatione Auguſtana Politica de Anno 1530. tit.* von den Pfeiffern: *37.* & in *ipſis antelaudatis Reformationibus Politicis de Anno 1548. & 77. tit.* von den Pfeiffern und Botten: *29. & 30.* reiteratius eisdem interdictas, haud leviter contemtibiles ſeſe reddiderint :| *Hi* verò non ſolummodo Ebræorum, ſed & vel maxime, ſecundum ea, quæ apud JUL. CÆS. BULENGERUM leguntur, *in Tract. de Tributis ac Vectigalibus Populi Rom.* (quem

CHRIST-

CHRIST. BESOLDUS Tractatui ſuo *de Aerario Publ.* annexuit,) *cap. 3.* Romanorum inſtitutis, itidem pro infamibus quaſi, atque hominibus Deo aliisque vel maxime inviſis habiti fuerint, proptereaque etiam in Jure Civili Romano, atque imprimis *in L. 12. pr. ff. d. Publican. & Vectig.* ob iniquitates, temeritates, atque audacias ſuas, male reperiantur notati; è contrario autem in Collegiis Opificum, utpote titulo ac prædicato honorabilium atque honeſtorum Collegiorum, der Ehrbahren/ Ehrſamen Handwerckern/ corruſcantibus, adeo nulla prorſus macula adeſſe, ut potius, juxta familiare ipſis, & tam à DAVIDE MEVIO, *Part. 3. D. 39. num. 1. in not. Part. 5. Dec. 117. num. 1. & in Reſp. 6. Commentario ſuo ad Jus Lubeccenſe adjecto, p. 59. b.* quam etiam ab ADR. BEJERO *in Tract. de Origine ſpecieb. & Interpretat. Jur. Opificiar. cap. 7. §. 8. num. 490. p. m. 129. pr. in Tract. de Collegiis Opific. cap. 5. §. 1. num. 207. p. 61. & §. 21. num. 319. p. 91. & in Tract. cui titulus: Tyro Opificiarius, cap. 5. §. 3 num. 175.* notatum, atque à B. HERTIO, *in Lib. 1. d. Parœmiis Jur. German. Parœm. 14 in Vol. 1. Opuſcul. Tom. 3. pag. 4 7* illuſtratum dicterium: Es müſſen die Handwercke ſo reine ſeyn/ als wann ſie eine Taube geleſen/ oder zuſamen getragen hätte/ omnia tam inoffenſa eſſe debeant, ut majorem in modum talia eſſe nequeant; vel etiam illæ, quas Tonſorum: Balneatorum: Linteonum: Opilionum: Molitorum: atque Tubicinum excluſioni anſam præbuiſſe, non ſine probabilitatis ſpecie, antelaudatus ſuſpicatur BEJERUS, *in dict. Tract. d. Tyron. Opific. cap. 6. num. 324. & §. 13. num. 351 ſeqq.* quæque potiſſimum in eo conſiſtunt, quod, quemadmodum exortis in Germania noſtra Opificum Collegiis, præmemoratorum omnium & ſingulorum in unaquaque urbe tam exiguus fuerit numerus, ut neque unicuique ex hiſce generi addicti ſeparatum quoddam Collegium conſtituere, neque tamen omnes omnino, ob Profeſſionum ſuarum diverſitatem, in unum idemque Collegium commode congregari potuerint; Ita illos ipſos reliqui Opifices, in Collegiis jammo-

do conſtituti, eapropter potiſſimum, quod perpauci illi, ac fere non niſi in majoribus tantummodo urbibus conſpicui Tonſores atque Balneatores partim ipſimet Artificum potius quam Opificum cenſu æſtimari voluerint, partim verò, cum non manibus operarentur, ſed per ſuam tantummodo familiam miniſtrarent aliis, ac non niſi domum ſuam huic ipſi negotio, perinde ut diverſoria hoſpites, accommodarent, propriè & accurate loquendo Opificum Ordini accenſeri nequirent: Linteones, præterquam quod majorem partem in pagis habitarent, fœmineum magis tractarent negotium, quàm virile: Tubicines partim non tam manu operarentur quam potius ore; partim verò mendicitate ſua, in *ſuperius*, Tibicinum occaſione, *laudatis Receſſibus atque Conſtitutionibus Imperii* aliquoties improbatâ Opificibus vel maxime eſſent moleſti: Opiliones operam ſuam in ovibus paſcendis aliis addicentes famulitii ſui tempore, non ſolummodo ovibus ex morbo quodam defunctis pelles detraherent, Sterblinge eisdem dictas: ſed & oves caſtrarent maſculas: & denique Molitores vel plane non, vel non niſi parum operarentur, illorumque negotium maximam partem Inſtrumento perficeretur, & ſi qnid operarum requireretur, aut per ipſos, quorum eſſet frumentum, aut per agaſonem fieri id poſſet: prætereaque plerique eorum non in urbibus habitarent, ſed pro commoditate ſua, ad flumina, ventumque, & de cœtero à frumenti aquæve ſubtractionibus plerumque haud eſſent immunes: jactis in eosdem dicteriis, excogitatis cantilenis, aliisque omnibus, quæ petulantiæ illorum libuerint, ſpernere, atque proinde quoque à Collegiis ſuis arcere inceperint, eoque ipſo anſam tandem dederint Magiſtratibus, de congregandis & illis in certa quædam Collegia cogitandi, eundemque in finem ejusdem generis homines, quoad Linteones, è rure vicino: quoad Balneatores verò ex integra Provincia aut Ducatu adſciſcendi, &, quando ne ſic quidem unius generis ſuffici-

ficiens fuerit numerus, ut modo illorum quoque eſſet Collegium quoddam, & aliqualis cum reliquis Opificibus ſimilitudo, ex affinibus, aut plane diſtinctis etiam Profeſſionibus, unionem faciendi: tanti revera ſunt ponderis, ut perverſis hiſce moribus ullam approbationem ullumve conciliare valerent patrocinium, cum, quod primo obſervandum eſt loco, univerſis hiſce ratiunculis penitius inſpectis, quoad omnes & ſingulas ante memoratas perſonas, ab Opificibus hinc inde è Collegis ſuis excluſas, non ſolummodo propter ipſa antelaudatarum Reformationum verba, ſed & propterea, nihil prorſus occurrat, ob quod illæ, quando de cætero à vitiis abſtinent, atque honeſta quoque gaudent nativitate, in inferiorem vilioremque, quam quidem Opificum eſt, conditionem detrudi, & tam in genere ab aliorum virorum honeſtorum conſortio, quam etiam in ſpecie ab Opificum Collegiis ita ſimpliciter & indiſtincte excludi mererentur, quoniam, quod attinet I.) Tibicines: uti ſupralaudatum SPECELLUM SAXON. illis in ſpecie, ſupraindigitatam infamiam non adſpergit, ſed in genere tantum denen Spielleuthen: quin imò textus Latinus ne horum quidem meminit, ſed hiſtrionum, id quod in idiomate noſtro Germanico potius efferri debuiſſet per vocabulum: Gauckler / vel Schalcks-Narren: &, ſi quis in textu Germanico ſemet fundare, eundemque Latino propterea præferre vellet, quod jam SCHILTERUS docuerit *in Exerc. ad Pand. XVI. th. 35. & Ex. XXXVII. th. 84.* textum Latinum Speculi Saxonici, quo hodie utimur, non eſſe authenticum, eidem tamen regeri poſſet, quod nec textus Germanicus, quo communiter utimur, ſit avthenticus: & ſi vel maxime pro textu Germanico pronuncietur, de ipſo tamen Speculo conſtet, quod non ſufficiens teſtimonium præbeat de moribus, qui per totum quondam obtinuerunt Imperium noſtrum: & quod ſiquidem contrarium, quod nim. ſufficiens præbeat teſtimonium, haberi vellet pro veriori, illa ipſa tamen verba ad eos tantummodo reſtringi debeant Fidicines atque Lyricines, qui vicatim oberrant, & ob fla-

gitiorum quæ in illos cadit ſuſpicionem, omnino quoque illis accenſeri merentur perſonis, quæ in ſupralaudatis Conſtitutionibus Imperii vocantur ein Leichtfertiges Volck: utpote quibus etiam imprimis applicari poſſint, quæ, de voluptatum promotione; de mendicitate: & quod ſæpemet fruſtulo panis ſemet conduci patiantur, contra eorundem perſonas *ſupra* attulimus; Ita ſola ſtipis collectio, vanitatumque promotio, etiam illis Tibicinibus qui certam in aliquo loco habent ſedem, interdum, in nuptiarum feſtivitatibus conviviisque communis nequaquam haberi poteſt pro legitima cauſa, illos, quando de cœtero honeſte vivunt, ex Opificum tribubus excludendi; II.) Publicanos: illis hodienum utplurimum non amplius ut apud Romanos olim atque Ebræos, per averſionem, atque ſub haſta publica locari ſolent vectigalia, ſed illi ipſi miniſtri tantummodo ſunt illorum Principum ac Statuum Imperii, qui hoc ipſo gaudent vectigalium jure, quibus proinde quoque rationes reddere tenentur accepti; vid. B. LAUTERBACH *in Coll. Theor. Pract. ad tit. ff. d. Publican. Vectigal. & Commiſſ.* §. 2. prætereaque etiam adeo nulla amplius hodienum laborant macula, ut potius utplurimum honeſtiſſimis fideque digniſſimis ex ipſis Opificum Collegiis illud ipſum munus demandari ſoleat; III.) Tonſores atque Balneatores; tale quid, neque ex ſupracitata ratione, neque etiam ex ea, quæ illi adhuc ſuper addi jungique poſſet, quod nimirum *Tonſores*, &, in caſu, quando Chirurgiæ quoque ſunt periti, *Balneatores* etiam, omnis generis homines, infames quoque ſæpiſſime, taleſque, quos, poſt recepta Jura Juſtinianea atque Canonica, ſtylo Juribus illis familiari, appellare conſuevimus levis notæ macula notatos, (*u*) nec non ob crimina famoſa incarceratos curare, co-

(*u*) Ante receptionem namque horum Jurium, illisque temporibus, quibus in Germaniæ noſtræ urbibus in certas tribus vel corpora coire cœperant Opifices, adeo incognitus erat Germanis hic terminus, ut ne fando quidem quidquam de illo inaudiverint.

eorundemque vulnera & ulcera obligare, quin imo ſectionibus quoque, ſeu, ut vulgo dicuntur anatomiis tam animalium, quàm cadaverum quoque humanorum, & quidem, non illorum ſolummodo hominum, qui morte obierunt naturali atque honeſta, ſed & illorum quoque, qui ob crimina atque delicta ſua, capitali mulctati ſunt pœna, haud infrequenter adeſſe, ibidemque proprias quoque manus adplicare: atque de cœtero haud rarò ſordida peragere, & per hæc ipſa, ſi non eandem plane infamiam, illam tamen ad minimum labem atque maculam, quam, ſecundum antetradita, levis nunc vocare ſolemus notæ, ſibimet attrahere; Prætereaque *Balneatorum* ædes & Balnearia itidem omnis omnino generis & ſortis homunciones, balneorum, aut ſcarificationis *(w)* gratia, intrare, aut contra illi hoſce, modo dictæ ſacrificationis, vel quandoque etiam morborum curandorum ergo, adire ſoleant, adeoque & hos non poſſit non vel exinde eadem quoque macula ſequi: tam confeſtim, uti quidem exiſtimant ſcrupuloſiſſimi hac in parte Opifices, & uti forſitan & aliis quoque primo videbitur intuitu, poteſt evinci, cùm, quod *primam* concernit, neutiquam ſequatur, quod eapropter, quoniam olim in certas Tribus ſemet conferre, aut aliis Opificibus ſemet jungere noluerunt, & hodiè, quando prius facere volunt, illorum Tribus non ſint æque honeſtæ ac aliorum Opificum, quando vero poſterius, illi non ſint admittendi, & plus quam

 poſ-

(w) Utpote quam, utplurimum & cumprimis in Civitatibus Imperialibus (utpote in quibus, juxta ſuperius tradita, Opificum atque Artificum ſubtilitates, à primis inde Collegiorum inibi conſtitutorum incunabulis omnium maxime ſunt deprehendendæ :) juxta balnea exercere, propterea que etiam aliis Chirurgis, qui non ſcarificant, ſed barbam tantummodo tondent, & vulnera ulceraque curant propterea que etiam puros ſe dicunt, non minus ac reliqui, qui juxta Chirurgiam ſcarificationibus vacant, &, utut deſtituantur balneis, communiter tamen balneatorum nomine inſigniuntur, der Bader / aut ſcarificatorum, der Schrepffer: atque originem traxiſſe videntur à balneatoribus proprie ſic dictis, impuri dici conſueverunt.

manifeſtus ſit error illorum Doctorum, quos DN. JOH. GOTL. HEINNECCIUS notavit, *in Diſſ. Halæ Magdeb. hab. anno 1720. d. Levis notæ maculæ. §. 30. p. 53.* qui illa ſola Opificia, quæ in Corpora coaluerunt, honeſta, reliqua vero omnia inhoneſta, levisque notæ macula inſignita eſſe crediderunt; Quod *ſecundam* verò, & quidem curam ægrotorum infamium, 1.) illa adeo non fiat ab omnibus omnino Tonſoribus, aut integro illorum imputari poſſit ordini, ut potius permulti ſæpemet decedant, quibus nulla ejusmodi perſona curanda unquam obvenit: 2.) ſiquidem unus aut alter talem aliquando, vel etiam hinc inde ſuſcepiſſet, ad mandatum forſan Magiſtratus Politici, ne forte præmatura morte reus incarceratus pœnam ſubterfugiat in eundem ſtatuendam, metuentis, cui hac in parte obſequium præſtare ipſum oportuit, factum id eſſe potuerit, proindeque, quod ulla eum exinde ſequatur macula, cum ratione dici nequeat; 3.) ſi vel maxime ſponte id ipſum feciſſet, e. gr. in perſona infami carceri non mancipata, illud tamen, ſi non ex charitate naturali atque Chriſtiana, proximum, infamem licet, à periculo vitæ & ſanitatis, ſiquidem fieri poteſt, extrahere jubente, ex natura ſaltem Profeſſionis ſuæ, nullam perſonarum diſtinctionem conſtituentis, factum fuiſſet, eidemque eò minus ullo modo nocere poſſet, quo 4.) non qualiscunque ſtatim alicujus perſonæ turpis atque infamis tactus, aut qualiscunque cum eâdem converſatio, participem reddere valet tangentem illam, cum eademve converſantem, ejusdem infamiæ, aut hæc, veluti morbus quidam hereditarius eundem extemplo inficere; *Sectiones* vero atque *anatomiæ*, neque quatenus de illis eſt quæſtio, quæ pro objecto habent animalia, aut cadavera hominum morte naturali honeſta defunctorum, neque quatenùs ſermo eſt de Anatomiis cadaverum hominum pœna capitali affectorum, propterea, nullam prorſus in & per ſe involvant maculam, quoniam uti utraque propter bonum fit finem; ad eò melius nempe, in publicam non civitatis modo utilitatem, ſed ſæpe-

met

met univerſi propemodum generis humani, cognoſcendam ſtructuram corporum, eaque eruenda, quæ antehac erant obſtruſa; Ita poſterioris intuitu, majoribus quam prior dubiis & diſceptationibus expoſitæ, illud omnino obſervari meretur, quod 1.) tam ex iis, quæ jam olim, BENED. CARPZOVIO teſte, *in Prax. Crim. qu. 137. in fin.* ad conſultationem Medici Lipſienſis, Jurconſulti Lipſienſes ſequentibus reſponderunt verbis: Dieweil aber dannoch durch die ausgeſtandene Todes-Straff der Verbrechere ſolche infamia ſowohl / als daß delictum ſelbſt / gäntzlich purgieret und auffgehoben wird / alſo daß hernacher an dem Cadavere kein macula mehr vorhanden / noch auch zwiſchen demſelben und anderen verſtorbenen Menſchen-Cörpern einiger Unterſchied iſt / derowegen auch ſolcher cadaverum ſectio und Anatomia zu recht zuläßlichen / darüber das bonum publicum die Zurichtung der Menſchen-Häute / als welche zu vielen nützlichen Sachen gebrauchet werden mögen / erfordern / ꝛc. So haben ſich obgedachte Handwercker mit ihrem Einwenden / nichts zubehelffen / ſondern ſie ſeynd nach verbrachter anatomia, die Menſchen-Häute zu gerben ſchuldig / und mögen dannenhero an ihren Ehren von niemand angegriffen / noch aus den Zünfften geſtoſſen werden. In ferner Verwaigerung auch werden ſie hierzu von der Obrigkeit durch gebührliche Zwangs-Mittel billich angehalten / V. R. W. quàm & imprimis ex iis, quæ latius proſecutus eſt JOH. TESMARUS *in eleganti non minus, quàm curioſa ſatis Diſſert. de Reſtitutione honoris per Anatomiam: quæ in Ejusd. Vol. Diſſertationum Academicar. Marburgi Cattorum edito Anno 1686. in 8. extat ſub Num. 5. pag. 182. multisque ſeqq.* abunde pateſcat, quod nulla regulariter in cadavere hominis ultimo ſupplicio affecti remaneat amplius infamia aut macula, quæ eundem antea in vita ipſius, vel ob depravatos mores, vel etiam, ex vana vulgi opinione, ob Carnificis concomitabatur contactum, & ſi vel maxime adhuc aliqua in illo reman-

ſiſ-

ſiſſet, eadem tamen per ipſam donationem in uſum Anatomicum à Principe vel Statu Imperii factam, adeo penitus aboleretur, ut neque perfectiorem cutum ejusmodi profectis cadaveribus detractarum Coriarii, neque humationem oſſium ipſi, aliive Opifices, ſub infamiæ aut maculæ cadaveri adhucdum inhærentis prætextu, jure ſuo declinare valeant: & 2.) in caſu, quandò nec hæc à præconcepta opinione de propagata per ejusmodi cadaverum profectiones in Tonſores infamiâ levisque notæ maculâ, revocare quem poſſent, eundem tamen antepræmiſſa ſaltem theſis, quod non qualiscunque corporis infamis aut levis notæ macula notati tactus aut contrectatio, tangentem illud & contrectantem participem mox reddat ejusdem labis, ſi non ſtultitiæ, erroris ſaltem longè graſſiſſimi, tantò magis, arguere convincereque debeat, quantò certius eſt, quod aliàs, & niſi locus detur aut huic, aut priori loco propoſitæ rationi, procul dubio & de Medicis, utpote in ejusmodi Sectionibus plurima perficientibus, non ſine maxima ipſorum injuria, idem omninò foret dicendum: *Sordida verò illa*, 1.) veritate rei inſpecta, talia dici utplurimum vix mereantur, ac ne vix quidem, & non niſi in oculis Opificum, nimis profectò hac in parte curioſis ita videantur: 2.) ſi vel maximè ita eſſent comparata, propterea tamen nondum efficere poſſent, ut ob illa ſola pro perſonis levis notæ maculâ notatis haberi deberent Tonſores, cum, prout rectè obſervavit JOH. GOTLIB HEINNECCIUS, *in ſupralaud. Diſſ. de Levis notæ macula*: §. 34. *pag.* 57. & prout ex iis patebit, quæ *infra* dicemus, *in hoc ipſo* §. de conditione Opificum apud Romanos atque Majores noſtros, non ſolum ſordidum vitæ genus, multòque minus una tantummodo aut altera ſordida actio maculam hancce progignere valeat: 3.) etiamſi concederemus, eandem vel per ſola induci ejusmodi facta, nondum tamen exinde ſequeretur, illos ipſos ob eandem ſolam excludendos eſſe è cœtibus Opificum, cùm jam ante nos, probe notaverit antelaudatus DN. HEINNECCIUS, *dict. Diſp.* §. 35.

pag.

pag. 63. nullibi in Jure noſtro talem effectum huic tributum eſſe maculæ: Ex nuda autem hominum vilium aut infamium ingreſſione in balnearia, ædeſve Balneatorum, contra hos ipſos, quando aliàs nimiam non contrahunt cum ejusmodi perſonis familiaritatem, infamiam quandam evincere velle, non ſolummodo valde, eòque magis ſit abſurdum, quò, ſiquidem vera ſunt, quæ ex BEIERO *ſupra* attulimus, *pag. 42.* ipſimet agnoſcunt Opifices, quod Balneatores per ſuam tantummodo familiam miniſtrent aliis, & utplurimum non niſi ædes accommodent huic ipſi negotio, niſi ſomniare quis vellet, per ejusmodi hominum ingredientium infamiam aut maculam ipſum ædium aërem haud ſecùs infici, quàm per luem quandam peſtiferam, sed & è diametro illorum repugnet Privilegio, à Wenceslao I. Imperatore obtento, Anno 1406. utpote in quo, *(x)* ſecundum ea, quæ de

illo

(x) nec hodienum inſuper habendo: haudquaquam refragantibus, quod illud ipſum non ſolummodo poſt Ejusdem demum depoſitionem Anno 1400. Laënſteinii ſolemniter factam, ſed &, quod magis, per ea, quæ apud GE. LEHEMANNUM leguntur, *in Diſſ. ad tit. 5. A. B. Concl. 6. lit. m.* citatum hanc in rem à JOH. LIMNÆO *in Lib. 4. Jur. Publ cap. 8. in not. ad num. 300.* & PHILIPPO KNIPSCHILDO, *in Tract. d. Jurib. Civitat. Imper. Lib. V. cap. 6. 2. n. 58.* & apud *ſuperius in textu* laudatum AUTHOREM ILLUSTREM **der Antwort-Schreiben: 2c.** *d. l.* potiſſimum ex impuro ſine dubio amore in Suſannam illam, Balneatoris cujusdam Pragenſis ancillam, cujus non tantum ope, prout tam ex modolaudato AUTHORE **der Antwort-Schreiben:** atque HAGECIO, *in Tract. mox in textu nominando, part. 2. ad ann. 1393.* quam ex ÆNEÆ SYLVII *Hiſtor. Bohem: cap. 34.* DUBRAVII *Hiſt. Bohem: Lib. 10.* CALVISII *Chronolog. ad ann. 392.* BORECKII *Chronol: Bohem: part. 2. fol. 337.* & CHRIST. LEHMANNI *Chron. Spir. Lib. 7. cap. 61. p. 737. Edit. noviſſ. ſupralaud:* conſtat, liberatus eſt ex ignominioſa captivitate Pragenſi priori, ſed & concubitu deinceps delectatus eſſe dicitur vice non una, conceſſum fuerit, fruſtra hanc ipſam cauſam moventem, convaſatis variis ratiunculis, negante ADR BEIERO, *in Tract. ſupralaud: cui Titulus: Tyro Opificiarius: cap. 6. §. 12. n. 344. ſeqq.*

illo referunt MELCH. GOLDASIUS, im andern Thail der Reichs-Satzungen / *pag. 82.* WENCESL. HAGECIUS in ſeiner Hiſtoriſchen Beſchreibung deß Königreichs Böhmen: *Part. 2. pag. 64.* et ex illo, AUTHOR ILLUSTRIS der Antwort-Schreiben auff etliche Fragſtücke eines gelehrten Edelmanns / welcher in einer Preußiſchen Provintz wohnet: *num. 9. pag. 118. ſeqq. in not.* 1.) Illorum profeſſio aliis Opificiis honeſtis æquiparata, eorundemque operæ pro honeſtis declaratæ fuerunt, mundisque: 2.) Omnes Judæi, Ethnici, aliæque perſonæ infames aut infamatæ balnearia non minus, quam ædes illorum intrare prohibitæ:

pag. 88. Cùm, quod primum attinet, conſtet abunde, quod depoſitionis illius & juſtitiam & formam non immerito jam olim in dubium vocaverint SIGISM. SELDIUS in ſeinem Rathſchlag und Bedencken *pro Ferdinando I.* aliique, citati à MELCH. GOLDASTO, *in Comment. d. Jurib. & Privil. Regni Bohem. Lib. I. cap. 5. in not. ad. §. 6. lit. δ. p. 58. in fin. & 59. pr. lit. G. Edition. noviſſ. ſuperiori Ao. 1719. à Marpurgenſium Profeſſore longe doctiſſimo, noſtroque Patrono atque Amico Colendiſſimo,* DN. JER. HERM. SCHMINCKIO *publici juris facta, Ejusdemque egregiis annotationibus plurimum illuſtrata:* HENR. BOECLERUS *in Notit. Imp. LIB. IV. c. 1. §. 5. n. 4. pag. 118. ſeqq.* JOH. FRID. RHETIUS, *in Inſtit. Jur. Publ. lib. 1. tit. 4. §. ult. pag. 184.* & CONRAD. SAM. SCHURZFLEISCH *in Diſſ.* cui titulus: *Quid expediat Imperio, (quæ in Vol. Ejusd. Oper. Hiſtor. Politicor. Berolini edito Anno 1699. eſt Diſſ. 70.ma.) in not. ad. th. 10. lib. Z. p. 937. ſeqq.* & adhuc hodie, ob rationes perplures, (quas heic congerere noſtri non fert inſtituti ratio) in dubium vocent ILLUSTR. THOMASIUS *in Quæſt. Promiſc. Hiſtor. Philoſ. Jurid. quæſt. 2. & 9. & antelaudatus* DN. SCHMINCKIUS, *in Diſp. Marburgi Cattor. hab. 1718. d. Wenceslao Rege Rom. §. 40. ſeqq. pag. 33. ſeqq.* hoc ipſo autem admiſſo, non poſſit non, contra SCHURZFLEISCHIUM *dict. loc. p. 939.* contrarium defenſitantem, privilegiis poſt depoſitionem quoque ab Ipſo conceſſis tantò major adſcribi vis & authoritas, quantò eſt certius, quod illorum haud pauca à ſubſequentibus Imperatoribus expreſſe confirmata fuerint; quoad ſecundum autem, 1.) ab antelaudato HAGECIO; BALBINO: & AUTHORE der Antwort-Schreiben ꝛc.

bitæ: 3.) Omnibus & ſingulis, eosdem inculpare, aut contra honeſtas eorundem operas conviciari interdictum: & denique 4.) ipſis permiſſum, in ſuis inſignibus, in ſcuto aureo, cœruleam, nodoſe ligatam faſciam, eine blaufärbig knotten weiſe gebundene Binden/ & in medio ſcuti, viridem geſtare Pſittacum: (y.) IV. Linteones: *primum* contra eosdem prolatum argumentum, hodie, ubi non ſolummodo priſtinus ille mos amplius non obtinet, ſed illi ipſi non minus, quàm aliorum generum Opifices, & quidem ut plurimum multo majori quam hi numero, in oppidis degunt urbibusque, & non niſi perpauci in vicis deprehenduntur, ſed & plùs quam notum eſt, quod & eos, qui in vicis degunt Magiſtros, die Dorffmaiſter/ in Collegia ſua adoptare, & per hoc ipſum omnia quoque Collegiorum jura (z.) ipſis communicare amplius non dubitent illi, qui ſunt in urbibus, adhuc iisdem applicari

G 2 non

p. 117. ſeqq. aliisque, non ſine probabilitatis ſpecie edoctum fuerit, quod Wenceslaus, poſt liberationem ſuam, cum Suſanna illa non concubinariam tantummodo habuerit conſuetudinem, ſed conjugalem omnino: 2.) etiamſi hæc ipſa ſententia adeò vera non eſſet, non ſtatim tamen ſequeretur, ex laſciva antecedanearum cohabitationum recordatione hoc ipſum profectum eſſe Privilegium, cum potius ex animo inæſtimabilis beneficii memori gratoque factum id eſſe potuerit: & denique 3.) ſi vel maxime cauſa hujus privilegii impulſiva amor quidam fuiſſet libidinoſus, ille tamen ſolus nondum vitiare poſſet Conſtitutionem hanc, aliàs, in, & per ſe, ſatis utique ſalutarem, ſatisque rationabilem, cum haud raro in perpluribus accidere ſoleat Rebus publicis, ut cauſa Legislatorem ad has illasve Leges aut Conſtitutiones condendas movens valde ſit levis, propterea tamen illæ ipſæ nihilominus ab iis, quibus obediendi relicta eſt gloria, deinceps obſervari debeant tanquam normæ & regulæ actionum ſuarum.

(y) ipſum liberatum Wenceslaum denotantem, utpote ſub cujus imagine & in pictura latet, Exemplari Sacrorum Bibliorum juncta, atque à PETRO LAMBECCIO deſcripta, *in part. 2. Biblioth. Vindo. 6.* vid. *Sæpeland.* AUTHOR der Antwort-Schreiben: ꝛc *d. l. p. 119.*

(z) quibus illi aliàs, & ſine ejusmodi receptione, ſecundum mores juraque Opificiaria, deſtituuntur, proindeque etiam adjuvas adſciſcere, atque tyro-

non poteſt: *Secundum* autem, propter ineptitudinem ſuam, deriſû magis dignum eſt, quam refutatione, maxime poſtquam Imperator Ferdinandus III. in Reſcripto, ad Supplicationem Collegii Linificum Civitatis Brunſwicenſis, die 9. Novembr. 1645. emiſſo, atque à GE. AD. STRUVIO, *in Dec. 33. Jur. Opific. pag. 62. ſeqq.* exhibito, omnes, Civitatum Imperialium, Hanſeaticarum, aliarumque, Magiſtratus, univerſis ſibimet ſubditis Opificum Collegiis interdicere atque injungere juſſit, ut non ſolummodo Linifices in genere, eorundemque liberos, in aliud, quam ſuæ, ſuorumve Parentum profeſſionis Collegium ſemet conferre volentes amplius non excluderent, ſed et in ſpecie Brunſwicenſes ſub evitatione Inclementiæ Cæſareæ, & pœnæ 30. marcarum auri puri, inter Fiſcum Cæſareum atque Seniores aliaque commembra Collegii Linificum Brunſwic. æqualiter dividendæ, admitterent: V. Tubicines *ſive* Buccinatores: ex *prima* contra eosdem allegata ratione haudquaquam ſequitur, quod iidem, etiam quando volunt ſemet aggregare aliorum Opificum artificumve tribubus, abinde debeant, vel etiam juſte queant arceri: & nimis profecto, eoque magis ſubtilis eſt illa inter operantia corporis membra diſtinctio, quò Opifices haud raro alias quoque perſonas, quæ æque, vel etiam multo minus manu operantur, quàm Buccinatores, ad

nes erudire prohibentur, niſi vel inveterata quadam conſuetudine, vel etiam ſpeciali aliquo privilegio facultatem hanc acquiſiverint, uti e. gr. Opifices Abbatiæ Salemitanæ, uſibus Monaſterii inſervientes, ab Eodemque in ſervitium adlecti, atque ſalario quoque præditi, utpote de quorum jure tyrones etiam erudiendi, alibi quoque locorum, poſt legitima tyrocinii tempora, ſuſceptamque peregrinationem, ad Opificum Collegia admittendos, conſuetudine inveterata acquiſito, Confirmatorium teſtatur privilegium, à Ferdinando II Imperatore, die 26. Jan. 1623. in Civitate Imperiali Ratisbonenſi, dictæ Abbatiæ Salemitanæ conceſſum, quod extat *in Hiſtoria Diplomatica Abbatiæ Salemitanæ*, (quam ſuo quoque *Spicilegio Eccleſiaſtico, Part. 3. cap. 6. tit.* vom Salmans-Weyl. *XI. num. 4. p. 493. multisque ſeqq.* inſeruit DN. LUNIGIUS) *ſub. §. 33.*

ad Tribus ſuas admittere non dubitant: quæ autem pro defenſione Opificum hac in parte ulterius adhuc prætexi poſſet profeſſionum diverſitas, ob ea, quæ de Collegiis Opificum ex variis ſæpemet generibus congregatis, *ſuperius* ex BEIERO adduximus, *in hoc ipſo §. pag. 42. & 43.* infirmum plane præbet argumentum; *ſecundo* verò *loco* exprobrata ipſis mendicitas hodienum ita familiaris eisdem amplius non eſt, atque de cœtero eorundem ars, olim, ſecundum ea, quæ DN. CHRISTIAN. WILDVOGELIUS habet, *in Diſp. Jenæ habit. 1711. d. Buccinatorib. eorumque Jure, §. 13. p. 16. & 17.* non ſolummodo apud Populum Iſraëliticum, ſed & apud perplures Gentiles, tanti habita, ut non niſi Sacerdotibus propria fuerit, adeò non vilioribus accenſenda venit profeſſionibus, ut potius ipſi in omnibus Regum Principum que aulis non minus, quam in militia quoque, magni utique æſtimentur, & ad tuendam exiſtimationem juraque ſua, non ſolummodo certis quibusdam ſemet invicem obſtrinxerint regulis artem ſuam reſpicientibus, atque à Ferdinando II. die 27. Febr. 1623. & die 24. Octobr. 1630. vid. JOH. LIMNÆUS *in Tom. 2. Addition. ad Lib. 3. Jur. Publ. cap. 10. n. 27. p. 210.* & DN. LUNIGIUS in des Teutſchen Reichs-*Archivs Part. Gen. ſub Rubr.* unterſchiedliche *Privilegia*, als 1. der Trompeter und Heerpaucker ꝛc. *num. 1. pag. 558. ſeqq.* nec non Ferdinando III. Imp. die 7. Julii 1653. vid. ANTON. FABER im vierdten Theil der Europäiſchen Staats-Cantzley / *cap. 13. Faſc. 3. num. 3. p. 848. ſeqq.* & DN. LUNIGIUS *dict. loc. num. 2. pag. 561. ſeq.* authoritate Cæſarea roboratis atque confirmatis, ſed & præterea in Imperio noſtro Romano-Germanico Protectores nacti fuerint Potentiſſimos Saxoniæ Electores, vid. JOH. LIMNÆUS *dict. loc.* FRID. LEUTHOLF von Franckenberg / (ſive potius DN. ZECHIUS) in deß Europäiſchen Herolds erſterer Haupt-Handlung zweyten Abſatzes drittem Puncten: *p. 253. ſeq.* DN. WILDVOGELIUS *dict. diſp. §. 17. p. 22. & §. 47. ſeq. p. 44 ſeq.* PHIL. REINH. VITRIARIUS *in Inſt. Jur. Publ. L. 3. t. 12. §. 35.* CASP. HEINR. HORNIUS *in Jur. Publ. Rom. Germ. cap. 32. §. 6.* & *Venerandus DN. Socer*

 noſter,

noſter, D. SCHWEDERUS, *in Introd. ſua in Jus Publ. P. Spec. Sect. 2. cap. 5. §. 9. cca. fin.* ut & *in Diſp. ſuperiori Ao. 1719. habita, de Confirmatione Jurium ac Privilegiorum, ab Auguſtiſſimo Imperatore Statibus aliisque Membris Imperii facienda, §. 15. pag. 31.* adeoque ſi non multo melioris, ejusdem tamen ad minimum ſine dubio cum Opificibus artificibusque ſint conditionis, neque hi quidquam habeant, quod ſibimet ulla ratione, præ illis jure præſumere poſſent; VI. Opiliones: utut facta eisdem objecta negari nequeant, ſicut nec hoc, quod propterea quoque in ore vulgi notiſſimum ſit, à B. quoque HERTIO, *in ſupralaud. Diſſ. d. Epidipnide Paræmiar. Jur. Germ. Par. 3. p. 432. Vol. 2. Opuſc. Tom. 3.* obſervatum atque illuſtratum proverbium: Opiliones atque Carnifices conſanguineos eſſe, ſive in eodem, ut in Scholis loquimur, prædicamento: Schäffer und Schinder/ ſeynd Geſchwiſter Kinder: idemque etiam rythmi exprimant apud PHIL. KNIPSCHILDUM, *in Lib. 5. d. Jurib. Civit. Imp. cap. 26. num 39.* Ein Rettich und ein Rüeb: Ein Müller und ein Dieb: Ein Schäffer und ein Schinder: Welches iſt mehr oder minder: non ſolummodo tamen jam ab antelaudato HERTIO, *dict. loc.* atque B. DN. FROMMANNO, *in Diſp. de Levis notæ macula, th. 20. pag. 17. cca. fin.* obſervatum eſt, quod negotium illud detractionis pellium electo vitæ generi, aliàs innocentiſſimo, per ſe non adhæreſcat, ſed per accidens tantum accedat, & contra votum, ſed &, quamvis inficias ire nequeamus, tam detractionem hanc, quam caſtrationem quoque ovium, moribus noſtris, accidens eſſe ab Opilionum profeſſione propemodum inſeparabile, atque neceſſarias conſtituere ipſorum officii partes, plus tamen quam notum eſt, quod & perplura inter Opifices reperiantur genera, quæ æque vilia æqueve ſordida perficere ſolent negotia; & denique VII. Molitores: infirmitatem *primæ & ſecundæ* adverſus eosdem adlatæ rationis ea ſatis indicant, quæ *ſupra* attulimus, *in hoc ipſo* §. tàm Tubicinum occaſione, de nimis ſubtili inter operantia corporis membra diſtinctione, *pag. 52.*

quam

quam &, occaſione Linteonum, de Opificibus paganicis ab urbicis in Collegia ſua hodie recipi ſolitis, *pag. 51.* *tertiam* autem, &, quod pro eadem firmanda facit, non ſolummodo *paulo ante,* Opilionum occaſione, ex PHIL. KNIPSCHILDO adductum, quodque eidem, ex JOH. JAC. SPEIDELII *Spec. Obſerv. Jurid. Polit. voce* Mühlen: & JOH. NIC. HERTII *Lib. I. d. Parœmiis Jur. German. Parœm. 13. p. 417. Vol. I. Opuſc. Tom. 3.* adhucdum ſuperaddi poteſt, adagium: Der Müller iſt fromm / der Haar auff der Zungen / und in der Hand hat: i. e. Molitores difficulter admodum eſſe probos: ſed & curioſum ſatis, quod ex REINH. LORICHII HADAMARII *Lib. 2. Ænigmat.* JOH. HERINGIUS *in Tract. de Molendinis, Eorumque Jure, quæſt. 1. num. 67. pag. 27.* profert, ænigma, perpluriumque, ab *eodem* HERINGIO *dict. loc. num. 66.* adcitatorum Doctorum, furti criminis molitores inſimulantium, teſtimonium, & quod denique tam apud Romanos olim, ſecundùm *L. 12. verſ. Sordidorum &c. C. d. Excuſat. muner. & L. un. Cod. d. Perfectiſſimat. dignitat:* Piſtorum (à quibus ad molitores noſtros eò magis argumentandum eſſe videtur, quò & apud Romanos olim piſtores non panem modo fecerunt, ſed & farinas moluerunt, per ea, quæ JAC. CUJACIUS habet, *Lib. 16. Obſ. cap. 5. in pr.* & hodienum quoque, in permultis Germaniæ noſtræ locis, ob profeſſionum affinitatem, in una eademque molitores cum piſtoribus conſpiciuntur tribu:) profeſſio inter munera ſordida relata, ipſique etiam eapropter à Perfectiſſimatus non minus, quam aliis quoque dignitatibus excluſi, proindeque ab AMMIANO MARCELLINO, *Lib. 27.* quod Terentius, humili in urbe, piſtorienſi genere natus, & piſtor, annonariam Thuſciam correctoris adminiſtraverit poteſtate, pro portento relatum: quàm etiam apud Francos quondam, molitores in ſpecie, viliori habiti fuerint loco, argumento eorum, quæ apud GREGORIUM TURONENSEM leguntur, *Lib. 7. Hiſtor. Franc. cap. 14.* ubi Rex Guntchramus alteri objecit, quod advena ſit, & pater ejus molendina gubernaverit: & *in eod. Lib. 7. cap. 25.* ubi primario Chilperici Regis Medico, Marileifo expro-

proba-

probatur, quod parens ipſius molendina Eccleſiaſtica adminiſtraverit, fratresque ejus ac conſobrini culinis dominicis atque piſtrino ſubjecti fuerint: AIMONIUM *Monachum, lib. 3. d. geſtis Francor. cap. 63.* ubi ſequentia reperiuntur verba: *E medio auferatur hominum tyrannus hic, cujus pater procurator fuit regalium molendinorum*: & MONACHUM SANGALLENSEM, *Lib. 1. d. geſt. Caroli M. cap 8.* ubi tempore Caroli M. molitorum filios ab officiorum Eccleſiaſticorum honoribus, omnibus alioquin, quantumvis pauperibus, regia munificentia patentibus non aliter ac nunc carnificum filii, excluſos eſſe, ſequentibus teſtatur verbis: *Ne à ſcientibus rerum illarum arguar mendacii, quod nullum exceperim, fuerunt in Schola duo molinariorum filii de familia ſancti Columbani, quos, quod non congruit ad Epiſcoporum vel Cœnobiorum regimen ſublevari, tamen per merita ut creditur magiſtri ſui præfecturam Balienſis Monaſterii unus poſt unum ſtrenuiſſime gubernarunt:* illud ex aſſe infringit, quod 1.) unius tantùm aut alterius ex aliquo ordine culpa atque delictum univerſo ordini, omnibusque ex eodem in individuo, quandò improbitatis alicujus nondum ipſimet ſeſe reddiderunt ſuſpectos, cum ratione atque fundamento imputari, aut contra eosdem improbitatis præſumptionem operari nequeat, cùm valde ſit iniquum, ut alieno odio prægravetur alius, juxta *L. 33. §. 1. C. d. inoff. Teſtam*: neque factum alterius nocere debeat ei, qui nihil fecit, per *L. 5. §. 5. ff. d. N. O. N.* ſed unusquiſque ſui tantummodo doli pœnam ſufferre, ſecundùm *L. 15. ff. d. Tut. & rat. diſtrah*; pœnaque ibi ſolummodo eſſe, ubi eſt noxia, atque peccata ſuos tantùm tenere auctores, per *L. 22. Cod. d. pœn.* 2.) indubium prorſus ſit, quod, ſiquidem unius atque alterius ex aliquo ordine culpa univerſo quoque ordini inferret præjudicium aliquod, hoc modo & inter reliquos opifices perplura reperirentur genera, à furti ſuſpicione plane non magis quàm molitores immunia, eapropter tamen ab aliorum generum Opificibus huic ipſi ſuſpicioni non ita expoſitis viliori loco hactenus nequaquam habita; 3.) Quemadmodum piſtores

Ro-

Romæ non minus quàm Opificia alia, Trajano Imperatore authore, jura Collegiorum licitorum nacti fuerunt, ſecundùm *L. 1. pr. ff. quod cujusque univerſit: nom.* iique, quando intra numerum fuerunt, piſtrinumque per ſe exercuerunt, ſemet excuſare potuerunt à ſuſcipiendis Collegarum quoque filiorum tutelis, per *L. ult. pr. & §. 1. ff. d. Excuſat.* eaque, quæ habet SAM. STRYCKIUS *in Diſp. d. Jure Furnorum*, (quæ in *Vol. 3. Ejusd. Diſp.* eſt *Diſp. 14 ta.*) *cap. 5. n. 20. p. 66.* & *in not. ad* JOH. JAC. SCHUTZII, *Comp. Jur. ad tit. d. Excuſat. p. 721 verb. Illiberalium artium*: (ubi tamen *hanc ipſam L. fin.* non immerito de publicis tantum piſtoribus exaudiendam eſſe exiſtimat:) & ex JAC. CUJACII *Lib. 16. Obſerv. cap. 17.* JOH. GOEDDEI *Comment. ad tit. Dig. d. V.S. ad L. 85. num 1.* aliisque, *in dict. Tract. d. Molend. qu. 1. num. 30.* JOH. HERINGIUS, pro honeſtate artis molitoriæ per integram *quæſt. 1.* multasque paginas, tam copioſe differens, ut ſane à molitoribus ad hoc ipſum conductus poſſet videri, niſi hanc ipſam ſuſpicionem à ſemet declinaſſet expreſſe, *ibid. num. 67.* Ita iisdem *in antecitatis LL.* nulla peculiaris aut major quam reliquis Opificibus artificibusque attribuatur ſordicies, ipſique non magis à dignitatibus capeſſendis repellantur, quàm Opifices alii, cùm *in dicta L. 12.* verbis: *Operarum quoque artificum diverſorum*: permulta quoque Opificum genera ſordida vocentur munera: & *in cit. L. un.* à Perfectiſſimatus dignitate in genere quoque excluſi fuerint qui in aliquo conſtiterunt negotio: adeòque 4.) non ſolummodo ob ipſas binas haſce Leges, ſed & ob ea, quæ DIONYS. HALICARNASSEUS habet, *Lib. 2. Antiquit Roman.* in ſequentibus, *Verſionis Latinæ, ab* ÆMILIO PORTO *adornatæ*, verbis: *Artes ſedentarias ac illiberales, & quæ ad fœdas cupiditates impellerent, ut corpus & animam hominum eas exercentium perdentes & labefactantes, ſervis & exteris exercendas dedit*: (Romulus ſcil.) *& diu apud Romanos hæc opera habita ſunt ignominioſa, nec ullus indigena ea exercuit*: & M. TULLIUS CICERO, *Lib. 1. d. Offic. cap. 42. n. 8. ſeq.* in verbis; *Opificesque omnes in ſordida arte verſantur. Nec vero quid-*

quam ingenuum poteſt habere officina. Minimeque artes hæ probandæ, quæ miniſtræ ſunt voluptatum; cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores, ut ait Terentius: & *in Orat. pro Flac.* (ubi Opifices non minus quam tabernarios, fecem vocat Civitatum) neque apud Romanos olim, neque argumento eorum, quæ apud ARISTOTELEM leguntur; *Lib. 1. Polit. cap. 4. & 8.* (ubi omnes artes ſellularias, & quæ pro mercede exercentur, ſordidas nuncupat, Opificemque finitam ſervire dicit ſervitutem:) *Lib. 3. cap. 3.* (ubi non ſolummodo cum ſervis Opifices ita comparat, ut illos opera neceſſaria uni obire tradat, hos verò atque mercenarios communiter, ſed & ſordidos mechanicos cives in Ariſtocratia fieri poſſe negat;) *& Lib. 7. cap. 4. & 9.* (ubi nullum ex iis muneribus quæ ſordidorum tractat atque illiberalium Opificum ac mercenariorum multitudo, cum virtute conjunctum eſſe, vitamque humilium artificum cives vivere non debere tradit:) male equidem hac in parte notatum à DN. JOH. GEORG. SCHERZIO, *in Diſſ. Argentorati habita 1709.* cui tit. *Diſſ. Academ. qua Opificum conditio contra Ariſtotelem defenditur*, §. *15. ſqq.* verùm, ut ipſa Diſſertationis hujus oſtendet inſpectio, in eo tantummodo, quod tam in antecitatis, quam etiam in aliis adhucdum locis, à virtutum quoque, vel omnium, vel plurimarum ſaltem exercitio excludat Opifices, in quo ipſo nec nos Eidem adſtipulari, ea ſatis produnt, quæ de Chriſtiano aut generoſo calumniarum contemptu *ſupra* adduximus, & Opificibus quoque applicuimus, *in* §. 3. *hujus Cap. pag. 34.* PLUTARCHUM, *in Vita Lycurgi*: (ubi & egregium hunc Spartanorum Nomothetam nullum Opificibus in ſua Republica locum dediſſe memorat:) *& in Vita Ageſilai*: XENOPHONTEM *in Oeconomic.* HERODOTUM *in Euterpe, cap. 167.* & antelaudatum ARISTOTELEM, *Lib. 3. Pol. cap. 3.* (ubi ſuis temporibus, omnium penè Populorum, in ſpecie autem Lacedæmoniorum, Corinthiorum; Ægyptiorum; Scytharum: Thracarum; Perſarum; Lydorum; omniumque Barbarorum moribus, eos, qui

arti-

artificia didicerunt atque exercuerunt, eorundemque liberos pro civibus ignobilioribus habitos, atque ab omni conſilio imperiis & honoribus excluſos eſſe, teſtantur concorditer:) apud pleraſque Gentes vetuſtas: neque denique, ob ea, quæ OTTO, FRISINGENSIS *quondam Epiſcopus, Lib. 2. de Geſtis Friderici I. Imperat. Cap. 13. ad ann. 1154. lin. 45. ſeqq. pag. 453. Edition. Urſtiſ.* de ſitu Italiæ, & more ejusdem gentis diſſerens, de vili, quæ ſua ætate, i. e. Seculo XII. apud Germanos non minus fuerit, quam alias quoque Gentes, Opificum conditione, ſequentibus prodidit verbis: *Ut etiam ad comprimendos vicinos materia non careant, inferioris conditionis juvenes, vel quoslibet contemptibilium etiam mechanicarum artium Opifices, quos cæteræ gentes ab honeſtioribus & liberioribus ſtudiis tanquam peſtem propellunt, ad militiæ cingulum vel dignitatum gradus aſſumere non dedignantur*: &, de temporibus Henricum V. Imperatorem antegreſſis, CHRIST. LEHMANNUS, *in Lib. 4. Chron. Spir. cap. 14. pag. 377. Edit. noviſſ.* (ubi Opificia tum temporis non niſi ſervos exercuiſſe teſtatur, hominesque proprios:) apud majores noſtros, præ molitoribus quidquam præcipui habuerint Opifices: proindeque 5.) hi ipſi, etiamſi vel maxime exiſtimarent, vel in molitoribus, vel in reliquis antememoratis perſonis, ab ipſis, acceſſu ad Collegia ſua injuſte hactenus prohibitis, in uno alterove deſiderandum quid eſſe, in illarum ad Collegia ſua admiſſione eò minus, quò & hodienum, de exigua ſatis Opificum in Germania noſtra conditione illud abunde teſtatur, quod nec hodie honeſtiorum liberi facile committi ſoleant Officinæ, quin immò Nobiles Opificia addiſcentes atque exercentes ſuam amittant nobilitatem, tam difficiles atque delicati eſſe, ſuumve caput præ illis adeo efferre, aut easdem tam alto ſupercilio reſpicere, multo verò minus præconceptum adverſus easdem odium atque horrorem & in liberos illarum, parenteſque, innocentiſſimos licet; ſuorumque Parentum aut liberorum vitæ genus plane non aſſequentes, extendere deberent, maxime, cum & vera infamia, veraque levis notæ macula regulariter non niſi perſonalis ſit, & delinquentium tantummodo perſonas

ſonas

ſonas afficiat, easdemque non egrediatur, neque cum bonis ad heredes illarum tranſeat, per *L. 26. ff. d. pœn.* & *arg. L. 22. C. eod.* eaque, quæ poſt CARPZOVIUM, *p. 3. Dec. 298. n. 14.* & DAV. MEVIUM, *p. 5. Dec. 118. n. 7.* habet SAM. STRYCKIUS, *in Uſ. Mod. ad tit. Dig. d. his qui not. infam. §. 6.* & EXCELL. DN. BOEHMERUS, *Patronus ac Præceptor quondam noſter Colendiſſimus, in Introd. ſua in Jus Digeſtor. ad eund. tit. num. 7.* proptereaque etiam ob parentum ſuorum delicta, innocentes liberi neque jam acquiſitis dignitatibus privari, neque à novis capeſſendis prohiberi poſſint, per *L. 9. ff. d. Senatorib.* & *L. 2. §. 7. ff. d. Decurion.* nec non tradita LAUTERBACHII *in Coll. Theor. Pract. ad tit. d. his qui not. infam. §. 20.* adeoque nec prætenſa hæc imaginaria atque cerebrina infamia aut macula majori vi, intuitu Collegiorum Opificialium, utpote tantum profectò dignitatis culmen ſecum non ferentium, pollere queat; Quod ipſum procul dubio præ oculis habuerunt non ſolummodo Auguſtiſſimi, ſupralaudatarum Imperii noſtri Conſtitutionum, extenſionem hanc ad inſontes anterecenſitarum perſonarum parentes atque liberos imprimis quoque reprobantium, Authores, &, qui ad illarum, hinc inde quoque, e. gr teſte ADR. BEIERO *in Tract.* cui tit. *Tyro Opificiarius, Cap. 6. §. 12. n. 327. pag. 83. §. 13. n. 338. & 39. p. 86. & §. 14. n. 340. p. 87.* Hamburgi, Lubeccæ, atque Lipſiæ, hac in parte in uſum & obſervantiam deductarum tenorem, pro hujusmodi liberorum ad Tribus Opificiarias admiſſione tàm in genere pronunciarunt; B. LAUTERBACH *dict. loc. §. 33.* GE. AD. STRUVIUS, *in Synt. Jur. Civ. Ex. 7. th. 21.* DAV. MEVIUS *in Comment. ad Jus Lubecc. P. 4. tit. 13. art. 3. n. 39. p. 847. a.* JOH. WOLFG. TEXTOR *in Diſp. d. Jurib. Opific. P. 1. th. 2.* & FRID. PHILIPPUS, *in Diſp. Lipſiæ habit. 1680. d. Collegiis Opificum, th. 19.* quàm in ſpecie quoque, pro Linteonum, J. Cti. Jenenſes, Anno 1649. menſe Octobr. ap. BEIERUM *dict. loc. §. 14. n. 340. & 41.* Opilionum, ſecundùm BEIERUM, *d. l. §. 12. n. 329.* Jidem, Anno 1626. menſ. Aug. (quorum ſententiam deinceps approbatam legimus

in

in Reſcripto Saxo-Meinungenſi, die 26. Aug. ejusd. Anni dato, ap. STRUVIUM *in Deciſ. Jur. Opif. Dec. 121. p. 180.*) & Menſ. Martii, Anno 1634. & Molitorum denique, DAV. MEVIUS, *in part. 5. dec. 116.* Ipſeque IMPERATOR NOSTER AUGUSTISSIMUS, CAROLUS VI. in Declaratione Cæſarea, ad enixiſſimam Supplicationem, ab *Honoratiſſimo Domino Parente noſtro, Sereniſſ. Würtemb. Ducis Conſiliario, Liberaque Reipubl. Imperial. Biberacenſ. Conſule meritiſſimo*, in gratiam Joh. Mart. Stengii, Molitoris Balingenſis, exaratam, die 2. Aug. An. 1714. data, *infraque* à nobis, ob præſtantiam ſuam, exhibita, *in Append. ſub Num. 2.* ſed & vel maxime Status Imperii noſtri, utpote qui, in ſæpelaudato Concluſo Communi, de An 1672. Ejusdemque §. 4. verbis ſequentibus: Demnach auch allbereits in der Policey-Ordnung de annis 1548 und 1577 tit. 38. wegen gewiſſer Perſonen verſehen / daß deren Kinder von den Gaffeln / Aemtern / Gülten und Hand-werckern / nit ausgeſchloſſen werden ſollen / als hat es auch dabey ſein Bewenden / und ſollen berührte Conſtitutiones nicht weniger auf die Kinder der Land-Gerichts-und Statt-Knecht / auch anderer / welche an denen Malefiz-Perſonen / bey denen ſtrengen Fragen keine Hand anzulegen haben / oder die Execution der peinlichen Urtheilen verrichten / ſondern allein der Obrigkeit Diener und Aufwarter ſeynd / wie auch in ſpecie deren Gerichts-Fronen / Todtengräber / Thurn-hüter / und dergleichen verſtanden werden: ſuperius indicatarum Imperialium Conſtitutionum diſpoſitionem, quoad hunc paſſum, & confirmarunt, &, non minus, quàm Saxoniæ quondam Elector, Joh. Georgius II. in der erneurten und vermehrten Policey-Ordnung / *d. Anno 1661. tit.* von Handwercken in gemein / *21.* §. was der Leinweber *4.* & Legislator Bavaricus, *in Lib. IV. Ordin. Prov. Polit. tit.* von Handwercks-Zünfften *1. art. 2.* ulterius adhucdum extenderunt ad Lictorum quoque Civilium, atque Apparitorum: Veſpilionum; Phylaciſtarum, Cuſtodum-

queruralium atque lignariorum, aliàs quoque der Feld-Schützen/ atque Saltuariorum publicorum, der Forſt-Knechten: Holtzwarthen ꝛc. nomine inſignitorum liberos: (a) quibus, ob voculas und dergleichen/ & illorum quoque, qui vel ex ſpeciali Magiſtratuum Superiorumque mandato, vel ex recepta quoque conſuetudine, lictoribus, ſimilibusque auxilio ſunt, in capiendis & perſequendis malitioſis hominibus, aut ipſimet quoque, abſentibus illis, cri-

(a) & quidem eò majori cum jure, quò præter inſulſam vulgi opinionem, (cui tamen hac in parte deferendum non eſſe, jam dudum nos docuerunt DIOCLETIANUS atque MAXIMINIANUS IMPP. *in L. 12. §. 1. C. d. poen.* ut & HENR. HAHNIUS *ad Math. Weſembecc. tit. d. his, qui not. infam. num. 2.* BENED. CARPZOVIUS, *in Jpr. For. p. 2. C. 6. D. 14. n. 7. 8. & 9.* GE. AD. STRUVIUS, *in S. J. C. dict. Ex. 7. th. 21.* & ILL. THOMASIUS, *in Coroll. 7. Diſput. d. Exiſtimat: Fama & infam. extra Rempubl. adjecto*, ubi valde turbare ait Rempubl. ſiquidem judicium de fama atque infamia Civium ab alio dependeat Collegio, quam à ſumma poteſtate:) nullam prorſus divinare licet cauſam idoneam, ob quam vel ipſi horundem liberorum parentes, ſiquidem aliquo in loco ſeparata nondum habeant Collegia, ab aliorum Opificum tribubus jure mererentur repelli? Utut enim contra Lictores atque Apparitores illud obmoveri poſſet, quod hoc ipſum munus nemo honeſtiorum, niſi deſperatis rebus omnibus, adeoque plerumque non niſi homines ſcelerati, talesque ſuſcipere ſoleant, qui ex infima ſunt plebe: contra Veſpiliones autem, quod ex hominum morte frequenti lucrum ſperent, eaque propter etiam illorum vota eadem ſint, quæ orci: & quod, teſtantibus præjudiciis apud BENED. CARPZOVIUM, *in Pract. Crim. p. 1. qu. 20. n. 51. & 52. qu. 22. n. 25. qu. 23. n. 56.* & *in Sent. Scab. Lipſ. Quæſt. 50. annexis, num. 25.* mortem aliorum non raro, peſtis præſertim, aliusve morbi contagioſi alicubi graſſantis tempore, veneno aliave ratione promovere, prætereaque etiam haud infrequenter ad orcum promotos ſpoliare ſoleant, eaque propter etiam eorundem profeſſio ſordida eſſe, ipſique levis notæ macula laborare dicantur HENR. ARNISÆO, *in Lib. 1. d. Republ. cap. 12. p. m 132.* B. DN. FROMMANNO, *in Diſp. d. Lev. not. mac. th. 20. p. 18.* aliisque: Contra Phylaciſtas vero, quod in carceribus, quibus ſunt

criminoſos capiunt, captosque judici tradunt: nec non Bajulorum: der Kärcher: Kärchel-Zieher: Wein-Zieher: und Laſt-Träger: Bajulorum Carbonariorum: der Kohlen-Träger: Vigilum nocturnorum: der Nacht-Wächter: Æditurorum: der Meßner: Eorum, qui

præpoſiti, infames ſæpiſſime flagitioſiſſimaſque perſonas obſervandas habeant, cuſtodiendaſque: & denique adverſus Cuſtodes rurales atque lignarios, quod non ſolummodo munere ſuo haud raro in illorum abutantur perniciem, quorum res aut prædia ſaltusve cuſtodire deberent, ſed & præterea priores cumprimis, quibusdam in locis, tam ſecundum ea, quæ apud BEIERUM leguntur, *in Tr. d. Conviciis Opificum, part. 3. cap. 9. §. 35. n. 293. p. 89.* in perficiendis Civilis Jurisdictionis executionibus, quam etiam in hominum facinoroſorum captura ac perſecutione, eorundemque vel ad ultimum ſupplicium, vel etiam ad pœnam corporis afflictivam condemnatorum eductione, ad præcavendos inſolentes vulgi ſtrepitus, lictoribus admoveri ſoleant fuſtibus ſimilibuſve inſtrumentis armati: Quoad Lictores tamen atque Apparitores notandum, quod non ſolummodo falſum ſit, quod hoc ipſum munus ſceleratis tantummodo, illisque demandetur hominibus, qui ex infima ſunt plebe, cum potius utplurimum non niſi perſonæ honeſtæ, fideque præ aliis dignæ ad illud aſſumi ſoleant, prout vel ex exemplo patet Inclyti Ducaus Würtembergici, utpote in quo, ſecundum I. P. W. *part. I. tit. 7.* ad hoc ipſum munus eligendi ſunt redliche / vertraute / aufrichtig / und verſchwiegene Leuthe: ſed &, ſi vel maxime ex infima eſſent plebe, propterea tamen nondum ſequatur, quod ſtatim ſint inhoneſti, cùm, ut probe obſervavit ADR. BEIERUS, *in Tract. d Tyrone Opificiar. cap. 6. §. 7. n. 290. p. 73.* non infimus gradus honoris maculet, atque è conſortio expellat honeſtiorum hominum, ſed primus demum infamiæ gradus, & omnino inter eos quoque qui legitimæ ſunt opinionis, aliquis ultimus eſſe debeat, qui, utut abjectus quodammodo ſit eorum intuitu, qui ſunt ſupra eundem, honeſtus tamen eſt ſine dubio reſpectu infamium: quoad Veſpiliones autem, quod, uti nec lege notantur, nec plerisque in locis, (iis ferme tantum exceptis, ubi ſimul vinciendis hominibus operas locare ſolent:) opinione quoque hominum: ita profecto ſordidius neutiquam haberi poſſit, exanime cadaver humare, quàm illud abluere, veſtimentis ornare, eviſce-

quibus cura incumbit Lapidum terminalium, **der Marck-meiſter:** & Caſtratorum Suum, **der Schwein-Schneider:** liberos, controverſiam ſtatûs ab Opificibus hinc inde quoque paſſos accenſere nulli dubitamus: (*b*) quin nec Lictorum quoque Criminalium, i. e. illorum, qui & ad perſequendos:

rare, cultroque ſubjicere anatomico: neque propterea, quod ex frequenti hominum morte aliquid eisdem accedit lucelli, eorum ſtatim vota eadem eſſe videantur, quæ orci, prout eleganter ita ratiocinatur DN. HEINECCIUS, *in dict. Diſp. d. Levis Notæ mac. § 33. in fin. p. 60.* quæ vero eisdem exprobrantur ſpolia neutiquam omnibus & ſingulis communia, ſed propria tantummodo ſint huic vel illi ſcelerato homini in individuo: quoad Phylaciſtas vero atque cuſtodes carcerum, quod, quemadmodum facinoroſorum cuſtodia toto die diverſis demandari ſolet ex Civium incolarumque conſortio, neque tamen hi ipſi ullum propterea integræ famæ incurrunt periculum, ita ſane cernere non liceat, quam ob rem ordinarii Carcerum cuſtodes deterioris quam illi eſſe debeant conditionis: & denique, quoad cuſtodes rurales atque lignarios, quod nemo non videat, in priori adverſus eosdem adlato argumento perſonalia hominum flagitioſorum vitia male iterum omnibus & ſingulis imputari, ejusmodi vitæ genus profitentibus, poſterius autem, ad eliciendam exinde aliquam maculam, ob mox dicenda, in *not. proxime ſeqq. b. &c.* tàm inidonee allegari, ut profectò nil ſupra.

(*b*) eòque minùs, quò perinde nec de ipſis horum liberorum parentibus, inſpecta rei veritate, aſſeverari poteſt, quod ulla eisdem infamia adhæreat aut macula excluſione à Collegiis Opificum digna: idque propterea, quoniam uti ne Lictores quidem ipſi, prout *in not. proxime ſeqq.* demonſtratum ibimus, capiendo, perque ſequendo facinoroſos homines ſordidi quid peragunt, ita multo minus de illis dici hoc poteſt, qui vel ad Superioris mandatum, vel etiam ex recepta alicubi conſuetudine, (quæ plerumque etiam Bajulos tam in genere, quam in ſpecie quoque Carbonarios: Vigilesque nocturnos hoc ipſo non minus, quam aliis adhucdum oneribus, in *proxime præc. not. & pag.* cuſtodum ruralium occaſione recenſitis gravare ſolet, atque procul dubio in cauſa fuit, ut & de illorum quoque omnium & ſingulorum eorundemque liberorum ad Collegia Opificum admiſſione hinc inde dubitari

dos, prehendendos: catenis vinciendos: ad locum judicii deducendos; inque manus tandem Carnificum tradendos facinoroſos homines adhiberi, atque nonnullis in locis Carnifici quo-

I que

cœperit, Bajulique in ſpecie à GOMEZIO, aliisque, citatis, inſimulque tamen rectiſſime refutatis à B. DN. FROMMANNO, *in dict. Diſp. th. 43.* in numerum relati fuerint perſonarum levis notæ macula laborantium:) iisdem ea in re tantummodo adſiſtunt, manusque præbent auxiliares: Ratione Bajulorum autem, tam in genere ſic dictorum, quam in ſpecie quoque Carbonariorum, nec non Vigilum nocturnorum, præter modo allegatam inconcludentem, nulla prorſus, eòque minor adeſt dubitandi ratio, quò Vigiles iſti nocturni plerumque & plerubique fere ex ipſorum Opificum gremio deſumi, &, non obſtante hoc ipſo munere, opificium ſuum non minus deinceps exercere atque continuare ſolent, quam quidem antehac: Quoad Æditus autem, eosque, qui obſervandos habent lapides terminales, Opificum calumnia atque petulantia tam eſt manifeſta, ut manibus ferme palpari poſſit: & denique, quandò Suum Caſtratores tam à B. DN. FROMMANNO *in dict. Diſp. th. 21.* quàm etiam ab HENR. HAHNIO *ad Weſemb. ad. tit. Dig. d. his, qui notant. infam. num. 2. pag. 181. a.* aliisque, ob ſordidam ſuam profeſſionem, inter perſonas referuntur levis notæ macula laborantes, proptereaque etiam ab Opificum Collegiis, regulariter, & niſi alicubi, (uti e. gr. in quibusdam Marchiæ Brandenburgicæ Civitatibus:) contraria obtineat conſuetudo, jure excludi dicuntur à SAM. STRYCKIO, *in Uſ. Mod. ad tit. Dig. d. his qui not. infam.* §. 5. Reſponſum hanc in rem adducente Facultatis Juridicæ Francofurtenſ. d. d. 23. Octobr. 1669. huic ipſi ſententiæ eapropter ſubſcribendum non eſt, quoniam, uti ipſimet concedunt antelaudati Dd. quod utraque profeſſio Reipubl. omnino utilis ſit, atque neceſſaria, ita ſecundum ea, quæ *ſupra* monuimus *in hoc ipſo §. p. 48. circ. fin. & 49. pr.* ſola ejusdem vilitas atque ſordicies eandem exercentibus non quendam ſtatim infamiæ gradum, aut levis notæ maculam inducere poteſt, contra expreſſa cumprimis Declarationis Cæſareæ, à LEOPOLDO I. Imp. Glorioſiſſ. mem. die 6. Nov. 1699. ad inſtantiam Caſtratorum Suum, in Electoratibus atque Principatibus Colonienſi: Saxonico: Brandenburgico: Lüneburgico: atque Haſſiaco degentium, *factæ*, atque à DN. LUNIGIO, in deß Teutſchen R. A. *Part. Gen. ſub Rubr.* Unterſchiedliche

que in tortura miniſtras præſtare ſolent auxiliareſque manus, der Büttelu / vel, uti quibusdam in locis nuncupari ſolent, der Zent-Büttel: atque Carnificum, der Scharpff- oder Nach-rich,

Privilegia / als 1. der Trompeter: ꝛc. *p. 572. ſeqq.* exhibitæ, verba ſequentia: Wann wir nun nach beſchehener Unterſuch- und Uberlegung dieſer Sache / nicht befinden können / daß die vermeynte Infamia, welche ihnen hin und wieder angeheff tet werden will / ein anders Fundament als des gemeinen Pöbels Irrwahn vor ſich habe / ſolches aber weder nachzuſehen / noch zu verſtatten gemeynt ſeyn / daß dardurch Leuthe von nöthig- und unverwerfflichen Profeſſionen / ſamt ihren Kindern / in Verkürtzung ihrer Ehr und guten Nahmens geſetzet werden ſolten: ꝛc. multo verò minus excluſionem operari à Collegiis Opificum, maxime, cum non ſolummodo conſtet, quod e. gr. Laniis à reliquis Opificibus nulla prorſus hactenus mota fuerit controverſia ſtatûs, quibus tamen ipſis, prout non ſine cauſa monuit ADR. BEIERUS, *in Tract. d. Colleg. Opific. cap. 5. §. 6. n. 237. & 238. p. 69.* adhuc mundiores ſunt Suum Caſtratores in eo, quod illi inteſtina quoque pecorum mactatorum purgare ſoleant, hi autem non niſi teſticulos extrahant caſtrandorum, dentibus licet interdum: & adhuc mitiores in eo, quod illi vitam adimant pecoribus, hi autem illam eisdem relinquant, niſi ſomniare quis vellet, & in pecudibus majorem vim virilitatis ablatione naturæ inferri, quàm vitæ ipſius privatione: ſed & hanc ipſam temerariam excluſionem antelaudata Declaratio Cæſarea diſertiſſimis hiſce interdixerit verbis: und haben darum mit wohlbedachtem Muth / gutem Rath / und rechtem wiſſen gnädigſt declariren / und erklären wollen / thun das auch alſo hiemit von Römiſ. Käyſerlichen Macht und Vollkommenheit / wiſſentlich / in Krafft dieſes Brieffes / und declariren / erklären / und wollen / daß fürohin in dem gantzen Heil. Römiſ. Reich ihnen ſupplicirenden Schwein-Schneidern und ihren Kindern ihrer eigenen / und reſpective Elterlichen Profeſſion wegen / weder auf einigerley Weiſe ichtwas vorgerücket / noch auch ſie von ehrlichen Profeſſionen / Zünfften / Geſellſchafften / und Handwercken / deßwegen abgehalten oder præcludirt / noch ſonſten ihnen hierdurch an ihren Ehren einiger Nachtheil oder Schaden zugezogen / ſondern vielmehr gleich anderen ehrlichen Leuten und Zunfft-Genoſſenen Handwerckern geachtet und gehalten / auch ih-

Richter: filios jungere dubitaremus, (c) niſi 1.) ipſa hujus Concluſi verba reſtrictiva, ad eos tantum Lictores ſemet porrigentia, qui apparitores ſunt Magiſtratuum atque Ju-

rer Tüchtigkeit und guten Wandels nach / zu andern Zünfften / Gaffelen / und Aemtern befördert und zugelaſſen werden ſollen / von allermänniglich unverhindert. ꝛc. quam ipſam ſiquidem vidiſſent, procul dubio in omnia alia iviſſent antelaudati Authores, neque minus haud dubie pro ipſorum Suum Caſtratorum ad Collegia Opificialia admiſſione pronunciaſſet Facultas Juridica Francofurtenſis, quam quidem Scabini Lipſienſes diu jam ante hanc ipſam Declarationem fecerunt, in Reſponſo, menſe Aug. 1651. cuidam Caſtratori Suum dato, atque ab ADR. BEIERO, *in Tr. d. Tyr. Opif. c. 6. §. 10. n. 320. ſeq. p. 81.* & PHIL. RICHTERO exhibito, *in part. 2. Dec. 80. num. 11.* &, liberorum ab ipſis progenitorum intuitu, antelaudato B. STRYCKIO teſte, *in §. 6. ejusdem tit.* d. 13. Novembr. 1669. Ipſamet.

(c) propterea, quoniam (1.) quod (α.) Lictores attinet, uti illorum functio in ſe conſiderata, utpote miniſtra Magiſtratûs Politici, adeò non dici meretur inhoneſta aut ſordida, ut potiùs non ſolummodo apud Romanos quondam, (penes quos & capitalium quoque pœnarum executio in Civibus Romanis, ut optime vidit FRANC. POLLETUS, *in Hiſtoria Fori Rom. Lib. 5. cap. 14. pag. 517.* virgis atque ſecuri per eosdem fieri conſuevit:) officium hoc, (à quo equidem, ob nimium libertatis ſtudium, hoc ipſum non minus, quàm alia miniſteria atque ſervitia publica omninò reſpuens, abhorrebant Cives Romani ingenui:) prout ex SMETII *Inſcript.* atque ONUPHR. PANVINII *Libr. d. Republ. Rom.* DN. HEINECCIUS demonſtravit, *in dict. diſp. th. 33. p. 58. in fin.* non ſine ambitione, tanquàm honoris dignitatisque titulum ſuis adjecerint nominibus, eodem qui functi fuerunt, ſed & apud veteres quondam Germanos, CORN. TACITO teſte, *cap. 7. & 11. d. Morib. German.* nemini permiſſum fuerit animadvertere, vincire, verberare, aliove modo coërcere homines, niſi Sacerdotibus: &, poſtquam deinceps mutatis pauliſper moribus, ad perficiendum hoc ipſum negotium certæ quædam conſtitutæ fuerunt perſonæ, per ea, quæ ex AVENTINI *Lib. 1. Annal. Boj.* JOH. SCHILTERUS obſervavit, *in Coroll. 4. ad Exerc. ad*

diciorum, abunde nobis indicarent, noluiſſe hujusce Concluſi Authores ſub voculis illis **und dergleichen**, & hujus quoque generis liberos comprehendere; atque 2.) quod hoc ipſum

---

Pand.10.p.358. non niſi homines probi, pii, divites, beneque, ut Practici loquuntur, poſſeſſionati non minus, quam bonæ quoque ac integerrimæ famæ, ad illud ipſum munus adlecti fuerint, proindeque etiam vocabulum **Scherge** optimum plane tum temporis habuerit ſenſum: quin & hodienum haud raro illa pars Lictorum muneris, quæ in captura conſiſtit facinoroſorum hominum, in pagis vicisque Lictoribus deſtitutis, ab ipſis Sculteis atque Scabinis fieri ſoleat: Ita hiſce ipſis, quod apud ipſos quoque Romanos Lictores maculâ notati reperiantur levioris notæ, tantò minus obeſſe poteſt, quanto eſt certius, quod, quemadmodum apud eosdem cauſa hujus rei non tàm munus ipſorum fuit, quam ſtatus, cum, prout ex JUSTO LIPSIO, atque CAR. SIGONIO, DN. HEINECCIUS probavit, *in ſæpelaud. Diſp. §. 33. p. 58. in fin. & 59. pr.* &, quem hic, ſiquidem vidiſſet, utpote hoc ipſum latiſſime non minus, quam elegantiſſime perſequentem, hancin rem non potuiſſet non laudare, Doctiſſimus J. C. Patavinus, ANTON. BOMBARDINUS, *in Tract. Patavii edito 1713. de Carcere & antiquo ejus uſu. Part. 1. cap. 23. ferme per tot. p. 215. multisque ſeqq.* plerumque libertinæ fuerint conditionis, talesque, qui vel à Dominis ſuis privatis, vel etiam à Populo Romano, aut Civitate, eum in finem manumiſſi fuerunt, ut eorum miniſterio operâque uti potuerint Magiſtratus, de hujus autem generis hominibus vel ex iis conſtet abunde, quæ Idem DN. HEINECCIUS habet, *ibid. th. 25. p. 45. & paſſim*, quod apud Romanos pro hominibus habiti fuerint levis notæ macula laborantibus, ita in Germania noſtra, (ubi neque ejusmodi Libertinos habemus alios, quàm homines, à gleba, cui quondam addicti fuerunt, liberatos, hactenus tamen nulla prorſus macula notatos, neque etiam ex horum tantummodo, ſed ex ingenuorum potius ordine homines probi, fideque digni in Lictores ſolent aſſumi:) præter vanam vulgi opinionem, nulla prorſus dari poſſit idonea ratio, quam ob & apud nos eadem Lictoribus adſpergi debeat macula, & ob quam non ipſi tantummodo, ſed & eorundem liberi excludendi ſint à Collegiis Opificum, maxime, cum nec apud Romanos quidem, ipſorum, aliorumve levis notæ macula laborantium tam dura fuerit condito: Et (β) Car-

pſum Concluſum paululum anteceſſit, Projectum, die 16. (26.) Maji 1671. à Directorio Moguntino Statuum Imperii Legatis propoſitum, atque ab AUTHORE *Meditat. ad Inſtr. Pac. Weſtph. in Mantiſſ. 3. ad Art. VIII. §. 3. p. 1510. ſqq.* exhibitum, in §. 8. ejus-

I 3 dem

---

nifices, uti executio pœnæ, à Magiſtratu, hominibus flagitioſis dictatæ, inſpecta rei veritate, nec quidquam continet turpitudinis, cùm, ubi Carnifices, tanquam miniſtri publici, ad hanc ipſam perficiendam nondum conſtituti fuerunt, non ſolummodo apud Populum Iſraëliticum quondam, illa vel ab univerſo Populo: vel à teſtibus atque indicibus ſceleris: vel à cognatis proximis: vel interdum quoque à Prophetis, ipſoque ſummo Populi Iſraelitici Magiſtratu: apud alias autem Gentes, vel à militibus, vel à lictoribus, (quibus apud Romanos quondam, ſecundum ea, quæ paulo ante monuimus, illud ipſum munus, & conſtitutis jammodo Carnificibus, quoad perſonas Civium Romanorum, adhucdum incubuit) facta fuerit, vid. ZEPPERUS *in Explanat. Leg. Moſaic. Lib. 5. qu. 7. fol. 710.* JOH. JAC. SPEIDELIUS, *in Spec. Obſerv. Jurid. Polit. voce* Hencker: *p. 586. col. 1.* & imprimis JOH. TESMARUS, *in ſupralaud. Diſp. d. Reſtitutione honoris per Anatomiam, p. 189 multisque ſeqq.* ubi etiam ex THUANO, notabile refert exemplum, de Coſmo Medice, quod filium ſuum, quem deprehenderat in ſcelere, ipſemet interfecerit: & ex LAMB. HORTENSIO, *d. Tumultu Anabaptiſtar.* & JOH. CORVINO, *d. Obſidione Monaſterii,* de Anabaptiſtarum Rege, quod in obſidione Monaſterii uxorem & concubinam ſuam propria mactaverit manu; ſed & in ſpecie apud Veteres quondam Germanos multis in locis, vel ille eandem perfecerit, qui poſtremo loco aſſumptus eſt in Senatum, prout e. gr. de Civitate Imperiali vicina Reutlingenſi, & quod hic ipſe mos ibidem olim obtinuerit, atque gladius, quo executio quondam fieri ſolita, ibidem adhucdum hodie rubigine exeſus pendeat, teſtantur CAMERARIUS, *in hor. Subciſ. cent. 1. cap. 76. p. 374. verſ. imo adhuc.* aliique, citati à CHRIST. LUDOV. DIETHERRO, *in Addit. ad Chriſt. Beſoldi Theſaur. Pract. voce* Scharpff-Richter: *p. 865. col. 2.* vel, uti de Franconia, ex modolaudato CAMERARIO, idem teſtatur DIETHERRUS, *dict. loc. col. 1.* maritus noviſſimus: vel etiam prout ex KAISERSBERGIO, Concionatore quondam Argentoratenſi SPEIDELIUS refert, *dict. loc. col. 2.* in Pagis Carnificibus deſtitutis,

demque verbis, in communi illo Concluſo omiſſis, **oder ſonſten in-famierende Verrichtungen thun**/ ſatis ſuperque proderet, quod ejusdem Concipientibus non minus, quàm Authoribus Reformationis Politicæ, *d. Ao. 1530. tit.* **von Nach-Richtern** *21.* & *d. Ao. 1548.* &

Scultetus, unà cum omnibus Scabinis: vel, quemadmodum ex exemplo pateſcit civis Budſtadienſis, à JOH. SEB. MULLERO, *in Annal. Saxon. ad ann. 1470.* & ex illo, à DN. THOMASIO relato, *in Coroll. 12. ad Diſp. d. Exiſtimat: Fama, & Infam. extra Rempbl. p. 37. & 38.* interficiendi ſenior Agnatus: vel etiam, prout **auß einer Salmansweyliſchen nothwendigen Erinnerung**/ aliisque Authoribus, memorant SPEIDELIUS, atque DIETHERRUS, *dd. ll.* Clerici quoque, Laicales præprimis, **die Layen-Brüder**: vel denique, & quidem utplurimum, miniſtri judiciorum publici, **die Frohn-Botten**/ qui aliàs quoque, atque in genere juſſa Magiſtratuum executi, atque adeò non habiti fuerunt pro perſonis turpibus & inhoneſtis, ut potius non ſolummodo ingenui eſſe debuerint, ſecundum SPECULUM SUEVICUM, *cap. 36.* §. 3. exindeque, etiam, uti DAN. HEIDERUS obſervavit, *in Actis Lindav. in adject. Document. Lit. oooooo. p. 844.* in hodiernum usque diem, in militia cumprimis qui Carnificum funguntur munere, **Freymänner** appellentur, atque **Frey-Leuth**: verum etiam perpluribus inſignibus gaviſi fuerint juribus atque privilegiis, ab ILL. THOMASIO indicatis, *in Diſp. d. Jurisdictionis & Magiſtratuum Differentia ſecundum mores Germanorum, th. 81. pag. 56.* quin &, prout ex aliis fidem nobis facere vult SPEIDELIUS, *dict. loc.* hodienum adhuc, ubi non amplius deficiunt Carnifices, non ſolummodo apud Lithuanos, quilibet accuſator eandem peragat, ſed & in Anglia ætate proximi ex interficiendi parentibus, fratribus, atque agnatis, ultimum pietatis officium eſſe cenſeatur, de trabe pendenti gulam frangere: & denique, uti jam B. DN. FROMMANNUS obſervavit, *in Sæpelaud. Diſp. th. 24. p. 21.* de militibus conſtet, **daß**/ **wann einer** arquebouſieret **wird**/ **Er ſeine beſte Freunde darzu zu gebrauchen pflege**: Ita nulla prorſus apparet ratio, ob quam in Carnificum perſona hæc ipſa executio turpitudinem quandam involvere, eorundemque munus, eandem pro objecto habens, ſordidum appellari debeat aut vile, ipſique, qui tamen nihil ſunt aliud, quam organa velut, manusque Magiſtratûs, cui ſupernitus accinctus eſt gladius, pro perſonis haberi infamibus, levisve notæ macula labo-

& 1577. tit. **von Bürgern / Bauren: ⁊c.** *10.* adeò ſemet probaverit opinio illa, de infamia levisve ſaltem notæ macula tàm Lictoribus, in quamplurimis locis, ſecundùm GE. AD. STRUVIUM, *in S. J. C. Ex. 7. th. 20.* HENR. HAHNIUM *ad Weſemb. tit.*

rantibus: Cùm, utut negari nequeat, quod apud Romanos quondam poſterior ad minimùm macula eisdem adſperſa fuerit, ipſique, prout ex M. TULLII CICERONIS *Orat. pro Rabyrio, cap. 5.* pateſcit, foro, cœlo, ſpiritu, atque domicilio Urbis Romæ carere debuerint, & quidem, non ut DN. HEINECCIUS exiſtimat, *in dict. Diſp. §. 33. p. 58.* ob ſtatum ſuum, atque propterea tantum, quoniam, veluti CAR. SIGONIUS, *in Lib. 2. d. Antiquo Jure Civ. Rom. cap. 15. in fin. p. 370. Edit. noviſſ. ſuperius laudata*: JOH. ROSINUS, *in Lib. 8. Antiquit. Rom. cap. 48. in fin.* & FRANC. POLLETUS obſervarunt, *in Hiſtoria Fori Rom. Lib. 5. c. 14. p. 516.* peregrinæ fuerunt conditionis, cum, licet nos lateat vel minime, ſat duram fuiſſe apud Romanos veteres peregrinorum conditionem, non ſolummodo tamen ipſe confeſſus ſit DN HEINECCIUS, *in Syntagm. Antiquitat. Romanar. in Append. ad Libri I. Inſtit. Juſtin. §. 130. p. 393.* quod in Urbe Roma eisdem habitare licuerit, utut ferè non niſi precario tantùm, ſed & Ipſemet antelaudatus CICERO, *Lib. 3. d. Officiis, c. 11. num. 4. & 5.* inhumanum prorſus judicaverit, peregrinos Urbis uſu prohibere, ſed potius, ob ipſum quod perficiebant miniſterium, dum nimirum, prout optime vidit modolaudatus FRANC. POLLETUS, *l. dict. loc pag. 517.* crucifixerunt, ſtrangulaverunt, gulam fregerunt, aliave ſupplicia irrogarunt ſervis tantummodo, peregrinis, iisque, qui Cives non erant Romani, id quod Quiriti Romano non potuiſſe non nimis vile videri, nimisque abjectum, quilibet facilè comprehendet, cui Populi Romani genius non eſt prorſus incognitus; Illud ipſum tamen in Germania noſtra, ubi neque de ſervis tantummodo, (utpote quos illa, præter homines proprios, pro perſonis tamen adeo vilibus atque ignominioſis hactenus non habitos, penè non novit:) aut peregrinis, (apud Germanos tamen, ſi loca excipias, in quibus jura obtinent Wildfangiatus, tam dure, quam apud Romanos olim, haberi non ſolitis:) ſed de concivibus quoque, hominibusque liberrimis, adeoque

tit.d. his, qui not. infam. num. 2. SAM. STRYCKIUM, *in Uſ. Mod. §. 5. eod.* B. LAUTERBACHIUM, *in Coll. Pand. Theor. Pract. §. 33. eod.* & *in Diſp. d. ſingulari Fratrum Jure, Membr. 2. th. 16. num. 7. p. 85.* aliosque, à B. DN. FROMMANNO adcitatos, *in dict. Diſp. th. 41.* quàm, ſecundum tradita STRUVII & HAHNII *dict. loc.* BENED. CARPZOVII, *in Pr. Crim. p 3. qu. 137. n. 58. & 59. & p. 1. Dec. 18. n. 17.* atque JOH. JAC. SPEIDELII, *in Spec. Obſerv. Jurid. Polit.*

omnis omnino conditionis perſonis ſupplicia ſumere ſolent Carnifices, neque ipſi peregrini tantummodo ſunt, aut manere debent, ſed Concivium quoque juribus gaudent, vel quotidie ſaltem gaudere poſſunt, adeoque antea indigitatæ cauſæ ignominiæ apud Romanos quondam Carnifices concomitatæ penitus ceſſant, de iisdem eò minus aſſeverari poſſit, quò ipſum fere eorundem nomen appellativum ſuperiùs in textu indicatum, eò potiſſimum reſpiciens, quod ipſorum officium ſanguinarium peracto incipiat judicio, in quo cauſa fuit cognita, non minus, quàm alterum, in militia cumprimis eisdem tribui ſolitum, der Freymänner / Freyleuth / ſecundum ea, quæ ex DAN. HEIDERO *ſupra* notavimus, *pag. 70.* à veteribus miniſtris publicis, den Frohn-Botten ad ipſos derivatum, ſatis indicat, aliquantò meliorem de ipſis Germanorum fuiſſe conceptum, quàm Romanorum, utpote à quibus Carnificum vox exinde eisdem tributa videtur, quod nimirum ex hominibus carnem faciant, atque cadavera: & (2.) etiamſi vel maxime vulgi opinioni circa horum Lictorum Carnificumque perſonas, & ab eruditioribus quoque, atque in bene conſtituta Republ. vellet deferri, in eo tamen Opifices, quandò & illorum non modò liberos, etiam ante ſuſcepta hæc munera natos, ſed & nepotes quoque, utut ex filiabus tantummodo deſcendentes, quin imò generos etiàm, utut de Parentum, Avorum, Socerorumque ſuorum munere nec quidquam participantes, adeò à ſuis arcere conantur Collegiis, ut, teſtantibus exemplis ac præjudiciis, quæ apud ADR. BEIERUM leguntur, *in Tract. d. Tyrone Opificiar. cap. 6. §. 9. n. 306. ſeqq.* & ERIC. MAURITIUM, *in Part. 1. Conſil. ſ. Reſponſor. Conſ. Tubing. 8. p. 715. multisque ſeqq.* nec non alio, quod Ao. hujus Seculi VIII. & ſqq. in illuſtri quadam, præque potenti hujus Circuli Civitate Imperiali, in perſona contigit Juvenis alicujus, in alia, proxime nobis vicina Imperiali Urbe

Polit. voce Hencker: *p.586. col.2.* Carnificibus cumprimis, eorumque liberis inhærente, eosdemque à Collegiis Opificum excludente, ut *Illi* non minus, quàm Authores *Deſignationis* mehrfacher Mißbräuche und Unordnungen bey denen Handwercks-Zünfften / ab AHASV. FRITSCHIO, *in Additionib. ad* JOH. LIMNÆI *Lib. 4. Jur. Publ. cap. 8. num. 299. pag. 155. ſeqq.* & ANT. FABRO, *in Tom. I.* der Europäiſchen Staats-Cantzley / *cap. 1. faſcic. 2. num. 5. pag. 131. ſeqq.* exhibitæ, & Lictorum quoque Criminalium actiones infames nuncupare, *Hi* autem, ut tam ipſi, quam Carnifices imprimis, diſtincto ab aliorum hominum incedant habitu, diſponere nulli dubitaverint *(d)*; adeòque 3.) ob æternas cumprimis,

K

à patre honeſto, matreque Carnificis filiâ nati, atque, ad eò ſecuriùs in priori Civitate Imperiali addiſcendam Aurifabrorum profeſſionem, ex ſuperabundanti, à *ſuperius laudato Venerando DN. Socero noſtro*, D. SCHWEDERO, vi Comitivæ ſuæ, à LEOPOLDO I. IMP. Glorioſiſſ. memor. ob ſatis jàm tùm celebrata Ipſius in Jure Publ. merita, doctiſſimamque cumprimis ab Eodem die 3. Junii Ao. 1702. editam Diſputationem, *de Jure Sacratiſſimi Imperatoris & Imperii in Ducatum Mediolanenſem*, ſponte Eidem, gratisque, in forma pleniſſima, proximè ſtatim ſequenti Ao. 1703. die 19. Octobr. conceſſæ, honeſtatis diplomate muniti, ne quidem à Comitibus Palatinis honeſtatis diplomate præditis aditum recludere velint, ob ea, quæ de perſonali tantùm infamiæ maculæque vitio *ſuperius* adduximus, *in hoc ipſo §. pag. 59. & 60.* nec non ea, quæ latius proſecutus eſt antelaudatus ERIC. MAURITIUS, *dict. Conſ. Tub. 8. per tot.* neutiquam exaudiri, ſed potius, ob inſignem hanc petulantiam condignè puniri, atque legitimis ſufficientibusque remediis ad officium redigi deberent.

(*d*) Utut enim JOH. TESMARUS *in antelaud. Diſp. d. Reſtitut. bonor. per Anatom. p. 201. cca. fin. & 202.* neque ex ſeparato hoc à reliquorum Civium habitu aliquam contra Lictores atque Carnifices maculam inferri poſſe, neque etiam ſupra citatas Imperii noſtri Conſtitutiones hodie amplius obtinere exiſtimet, non poſſumus tamen non ab Eodem, vel propterea, facere divortium, quoniam eæ, quas pro coloranda ſua priori aſſertione attulit, rationes ita non ſunt comparatæ, ut detinere nos poſſent, quo minus B. STRYCKIO accedamus, *in Pand. Uſ. Mod. §. 4. de his qui notant. infam.* eapropter hoc factum fuiſſe exiſtimanti,

mis, quæ ipſis ad honeſtiora Collegia adſpirantibus ab Opificibus nunquam non creari ſolent, moleſtias, ipſimet eisdem non minus, quàm Excoriatorum, der Abdecker: Waſen- und Klee-Meiſter / oder Schinder: aliorumque hujus generis hominum liberis, (e) authores atque ſuaſores eſſe deberemus, ut potius vel in conditione maneant ſuorum parentum, vel etiam, ſiquidem id ipſum eisdem non arrideat, literis ſe potius mancipent artibusque liberalibus, quàm officinæ.

§. VI.

quò ab aliis Civibus dignoſcerentur, neque alii ex improviſo in ipſorum converſationem inciderent: ſecundam vero ejusdem aſſertionem Praxis infringit eidem in plerisque Germaniæ noſtræ locis contraria, ſupraque laudatis Imperii Conſtitutionibus adhucdum hodie conformis.

(e) Quorum equidem non minus, quàm eorum, qui vel à Latrinarum atque Cloacarum purgatoribus, von denen Winckel-Raumern: vel etiam von denen Seyl-Täntzern: Taſchen-Spielern: Gaucklern: Klopff-Fechtern: Marcktſchreyern: Zahn-Ziehern: Wurtzel-Krämern: Waldheintzen: Stein- und Bruch-Schneidern / Comœdianten: Scheeren-Schleiffern: Zigeunern / aliisve perſonis, viles levesque profeſſiones exercentibus progeniti ſunt, admiſſioni ad Collegia Opificiaria, in ſequentibus §. *1. tit. 37. & 38. Supralaudatarum Reformationum Politicar. de Ao. 1548. & 1577.* verbis: Was aber auſſerhalb der jetzt gemelten / andere gemeine Handwercker / (i.e. Opificia vilia, abjecta, & levia:) belangt / in denen wollen wir den Obrigkeiten / Ordnung und Satzung / nach eines jeden Landes Gelegenheit zu machen / hiermit befohlen und aufferlegt haben: cujuslibet, ut nobis cum ADR. BEIERO videtur, *in Tr. de Collegiis Opificum, cap. 5. §. 7. n 239. ſeqq. pag. 69. ſeq.* Principis Statusve Imperii arbitrio atque Proviſionibus relictæ de jure perinde nihil fere obſtare, quilibet facile comprehendet, qui in eo nobis adſtipulabitur, quod 1.) ſecundum ea, quæ *ſuperius* diximus, *in hoc ipſo* §. *pag. 48. cca. fin.* & *pag. 65. in not. lit. b.* ſola profeſſionis alicujus ſordicies ad eum, qui eandem exercet, excludendum à Collegiis Opificum, non ſit cauſa ſufficiens: &, quod Excoriatores in ſpecie attinet, à pleriſque equidem, ut probe novimus, ex Doctorum quoque gremio, pro perſonis habitos levis notæ macula laborantibus, ab ipſorum excoriatione,

§. VI. Sextus in Imperii noſtri Conſtitutionibus recenſitus, & ex iisdem quoque tam ab ADR. BEIERO, *in Tract. de Orig. Specieb. & Interpret. Jur. Opiſiciar. cap. 7. §. 22. n. 584. & 85. p. 148.* & *in Tr. d. Boëtho, cap. 9. §. 3. n. 492. ſqq. p. 143. ſeq.* quàm à JOH. WOLFG. TEXTORE, *in Diſſ. de Jurib. Opific. part. 1. th. 8.* notatus abuſus in eo conſiſtit, quod miniſtri, ſervi, vel ſocii, die Knecht und Geſellen / Magiſtris, à quibus ipſi, utpote in peregrinatione utplurimum conſtituti, & neque diverſoria ſecum ferre, neque etiam, ſi Pannificum Boëthos, die Tuch-Knappen: Typographorum adjuvas: & Segmentariorum, der Poſamentierer / oder Bortenwürcker: nonnullorumque alio-

rum

ea, quæ à Laniis, (quibus tamen ſtatûs controverſiam neque à Doctoribus moveri, neque etiam à reliquis Opificibus, ſimiliter jam in ſuperioribus diximus, *dict. loc. pag. 66.*) fieri ſolet, haud longe, & non niſi in eo differat, quod *hi* certā tantummodo animalia, quorum carnem comedere ſolent homines, morte violenta à ſemet interempta, *illi* autem omnis omnino generis cadavera, eaque animalia, quæ ex morbo vitioque aliquo vel jammodo mortua ſunt, vel mortem ſaltem ex dicta cauſa minantur, excorient: 2.) per ea, quæ perinde jam *ſupra* monuimus, *pag. 59. in fin. & 60. pr.* parentum vitia nocere non debeant inſontibus eorundem liberis: proindeque etiam non illorum modo, qui una tantummodo aut altera vice animalium excoriarunt cadavera, ſed & ordinariorum quoque atque formaliter ſic dictorum Excoriatorum filios ad Collegia Opificiaria utique admittendos eſſe, rectiſſime defenſitatum fuerit tam à JCtis Jenenſibus, in diverſis Reſponſis, quorum mentionem facit PHIL. RICHTERUS *in part. 2. Dec. 80. n. 25. p. 169.* quam etiam ab HENR. HAHNIO, *in not. ad Weſemb. tit. d. his qui not. infam. num. 2. p. 181.* & denique 3.) niſi hujusmodi Liberis ſubveniatur, ipſi inviti ſæpemet ſequi teneantur parentum ſuorum, neceſſitate interdum, aliove infortunio iſthùc deductorum profeſſiones leves, &, ſi Cloacarum purgatores excipias, atque Excoriatores, quoad maximam partem in Reipubl. perniciem magis tendentes, quàm commodum, adeoque ſatius ſit procul dubio, eosdem, per admiſſionem ad Collegia Opificiaria, à vili levique Parentum ſuorum profeſſione revocare, quam per eorundem excluſionem numerum adaugere ejusmodi inutilium terræ ponderum.

rum generum ſocios excipias, peculiarem familiam inſtituere valentes, per omne tempus, intra quod in illorum officinis ſubſiſtunt, cibum, potum, lectumque recipere ſolent, in ipſa ſtatim operarum addictione, haud rarò, eoque potiſſimum tempore, quo operas ſuas Magiſtris neceſſarias eſſe animadvertunt, tam delicatas convictûs rationes præſcribere audeant, ut illæ longe ſint ultra vires Magiſtrorum, ultraque alimenta Opificum domeſtica, ſich unterſtehen/ denen Meiſtern gleichſamb einen Tiſch-Zettul vorzuſchreiben: Hunc ipſum namque abuſum, utpote non ſolummodo in ejusmodi Magiſtrorum, ſed &, ſiquidem hi ipſi, (prout plerumque fit,) damnum hoc modo eisdem accedens, in ſubſtantiæ ſuæ decrementum, ſoli non ferre, ſed potius per augmentationem pretiorum atque mercedum pro mercibus aut operis eisdem exſolvendarum, aliosve modos illicitos, ex aliorum loculis reſarcire velint, in totius quoque univerſitatis perniciem vergentem, eo majori cum jure, quò & Reipubl. procul dubio vel maxime intereſt, rerum operarumque pretia atque mercedes juſtas eſſe, neque iniquis harum illorumve exaſperationibus civium reliquorum, ejusmodi rerum operarumque indigorum facultates plus quàm par eſt, diminui aut exhauriri, hominumque malitiis non indulgeri, in *ſupralaudatis Reformationibus Politicis, de Ao. 1548. & 1577. tit.* von Handwercks-Söhnen/ ꝛc. *37. & 38.* §. *4* verbis ſequentibus: Wir wollen auch/ daß die Handwercks-Knecht und Geſellen/ den Meiſtern nicht eindingen/ was/ und wie viel ſie ihnen jederzeit zu eſſen und zu trincken geben: ita tamen notatum videmus, ut in iis, quæ hæc ipſa immediate excipiunt, ſequentis tenoris verbis, doch daß die Meiſter ihre Knecht und Geſellen dermaſſen halten/ daß ſie zu klagen nicht Urſach haben/ darinn die Obrigkeit auch jederzeit Einſehens thun ſollen: viciſſim Magiſtri in præbendo victu ciboque æquitatem ſervare, &, niſi id ipſum faciant, Magiſtratus à ſociis deſuper implorati partes ſuas interponere jubeantur.

§. VII.

§. VII. Septimum atque noviſſimum in Imperii noſtri Conſtitutionibus recenſitum abuſum mos conſtituit Opificum, quibusdam in locis, non ſolummodo ſocios illos, qui Opificium didicerunt aliis, atque ejusmodi in locis, ubi, (quod ob varietatem atque diverſitatem, circa numerum annorum diſciplinarium hinc inde occurrentem, facile contingere poteſt,) pauciores forte, quàm in illis, huic rei impendi ſolent anni, pro legitimis non agnoſcens, ſed tanquàm irregulares rejiciens, iisdemve, utut in ſtatu ſociali utcunque toleratis, magiſterialem tamen caracterem ambientibus brevioris doctrinæ exceptionem faciens, ſed & illis quoque, qui jam pluribus abhinc annis Magiſterii adepti ſunt gradum, in caſu, quando per Statutum quoddam ex poſt facto demum conditum, ea, quæ olim, eoque requirebantur tempore, quo ipſi opificium addidicerunt, tyrocinii diſciplinæque ſpatia dilatata fuerunt, ſtatus deinceps controverſiam movens: eosdemque non minus, quàm eos quoque, qui illorum officinas operandi gratia frequentant, tanquam irregulares, minusque idoneos diffamans atque expellens; De hoc ipſo enim abuſu ſequentia produnt *ſæpelaudatæ Reformationes Politicæ de Ao. 1548. & 1577. tit. 15. § 1.* daß auch groſſer Zweyſpalt unter den Handwercken entſtehet / derwegen / daß ſie an allen Orten nicht gleiche / ſondern unterſchiedliche Lehr-Jahr haben / darumb ſie die / ſo außgelernt haben / an allen Enden nicht zulaſſen / ꝛc. atque ita loquitur R. J. *Ratisbonenſ. de Ao. 1594. §. 126.* Wie dann auch fürkommen / daß ſonderlich in etlichen Städten die Handwercks-Meiſter neue Innungen machen / und darein ſetzen / daß ein Lehr-Jung drey oder vier Jahr lernen ſoll / und unterſtehen ſich hernach die alte Meiſter in andern Städten / welche viel Jahr zuvor / deme damahls üblichem Handwercks-Brauch nach / redlich außgelernet / ihr Meiſter-Recht gewonnen / und das Handwerck ohne jemands Einrede lange Zeit geruhiglich getrieben haben / zu tadeln / und die Geſellen / ſo bey denſelbigen

vor auffgerichter neuer Innungen / redlich außgelernet haben / oder ſonſt den alten Meiſtern arbeiten / zu ſchelten / außzutreiben und zu nöthigen / entweder anderwerts zu lernen / oder ſich von den neuen Innungs-Meiſtern / ihres Gefallens / auch ohngeacht / was hierinnen die Oberkeit zur Billichkeit verſchafft und anordnet / ſtraffen zu laſſen: ꝛc. Quum verò is ipſe eapropter potiſſimum tolerandus ſit omnium minime, quoniam 1.) conſtat, quod aliàs, quoties de actûs alicujus ſolennitatibus, tanquàm de forma ipſius, quæſtio exoritur, regulariter ad illius tantummodo loci ſolennitates reſpiciatur, ubi actus ille celebratus fuit, illasque adhibuiſſe adeò ſufficiat, ut, etiamſi alio in loco plures requirerentur ſolennitates, ille tamen & ibidem regulariter valere debeat: per ea, quæ B. LAUTERBACHIUS habet, *in Colleg. Pand. Theor. Pract. ad tit. de his, qui Teſtam. fac. poſſ.* §. 59. & DION. GOTHOFREDUS, *in not. ad L. fin. ff. d. Jurisd. lit. h* 2.) ejusmodi Statuta, non minus quam prout de Legibus atque Conſtitutionibus in genere notum eſt ex *L. 7. C. d. Leg. L. 65. in fin. C. d. Decurion. L. 29. in fin. C. d. Teſtam.* & *L. 12. C. d. ſuis & legit. Lib.* futuris tantum negotiis formam dant, neque de præteritis exaudienda, ſed potiùs, in quantum in præjudicium vergunt atque incommodum aliorum innocentium, meritò habenda ſunt pro invalidis, ſecundùm MEVIUM, *part. 5. Dec. 151.* & AHASV. FRITSCHIUM, *in Tr. de Collegiis Opific. part. 2. cap. 4. §. 6. n. 25.* 3.) prolongationes illæ annorum diſciplinarium utplurimum non ſalutem publicam, quò nimirum eò melius addiſcat quis Opificium, (utpote quod intra breviora quoque tempora æque commode fieri poſſe, illud abunde prodit, quod ii, qui illis in locis opificium didicerunt, in quibus plures anni ad hoc ipſum impendi ſolent, eapropter peritiores non ſint iis, qui in locis pauciores annos requirentibus illud addidicerunt,) ſed potius hoc tantummodo pro fine habent, ut non ſolummodo numerus cohibeatur puerorum, ſociorum, atque Magiſtrorum, ſed & eò melius per easdem Magiſtris proſpiciatur, quò nimirum illi diutius operâ atque miniſte-

rio

riô tyronum uti queant, utpote in annis poſtremis, arte jammodo percepta, iisdem Boëthorum loco eſſe valentium: adeoque 4.) nulla prorſus adeſt idonea ratio, ob quam ii, qui tempus aliquantò brevius in Magiſtrorum officinis tanquam Tyrones exciterunt quam alii, deterioris hiſce haberi mererentur conditionis: Proinde in *ſæpelaudato Concluſô communi de Ao 1672. §. 3.* verbis ſequentibus: Wann ein Handwercks-Geſell ſein Handwerck an einem Ort / nach denen daſelbſt üblichen / denen Reichs-Conſtitutionibus nicht zuwider lauffenden Handwercks-Ordnungen / Satzung- und Gewohnheiten / und zumahlen bey einem ehrlichen / von des Orths Obrigkeit approbierten Meiſter erlernet / ſo ſolle zwiſchen dergleichen Handwercks-Geſellen / welche obgedachter maaßen ihr Handwerck nach des Orts Ordnung / Gewohnheit und Gelegenheit erlernet / es ſeyen gleich anderer Orten andere Gebräuch und Handwercks-Ordnungen / oder würden auch weniger oder mehr Lehr-Jahr erfordert oder nicht / kein Unterſcheid gemachet / ſondern Sie gleichfalls allenthalben vor redlich und tüchtig paſſirt werden: jure meritoque generaliter eſt proviſum, ne alicui vel ob brevius diſciplinæ ſpatium, vel ob Statuti aut Conſuetudinis diverſitatem, quidquam exprobrari debeat iis in locis, ex quorum Statutis aut conſuetudinibus vel longius requiritur tempus, vel aliud quid obtinet, eo in loco, in quo quis opificium condidicit, incognitum.

§. VIII. Et hæc de abuſibus Collegiorum Opificiariorum, qui in Imperii noſtri Conſtitutionibus notati reperiuntur, ſi non aliquantulùm nimis prolixe, ſatis tamen abundanter. Pedem nunc itaque ſine ulteriori retardatione ad eos proferimus abuſus, quos indigitatos deprehendimus in Actis Imperii noſtri publicis, *modolaudato* nimirum *Communi Concluſo illo, d. Ao. 1672.* ubi quidem primo ſtatim loco ſemet offert nobis depravatus ille mos ſociorum, juxta quem, in caſu potiſſimùm, quando vel aliquo in loco debita contraxerunt, vel fidem fecerunt puellis de

futuro

futuro matrimonio, vel delictum quoddam commiſerunt, contra mores opificiarios, ipſasque civilitatis leges, clàm, & inſalutato ſæpemet hoſpite diſcedere, hinter der Thür Abſchied zu nehmen: vel etiam, quando coram Magiſtratu illius loci, in quo degunt, deſuper conveniuntur, Ejusdem imperio atque mandatis reniti, conſurgere, atque deinceps abire, ſeque ſubducere, idemque etiam tunc quoque facere ſolent, quando convicium alicui Opifici, integrove Collegio relinquunt, wann ſie eine Scheltung hinterlaſſen. Quemadmodum enim hoc ipſum in maximum præjudicium vergit tam Magiſtratuum illorum, quam Civium quoque, quorum nexi ejusmodi diſcedentes ſunt, deceptarumque puellarum, quin & totius quoque Civitatis, cum non ſolummodò hoc modo Magiſtratuum illorum Jurisdictio eludatur, ipſisque multus omninò labor creetur per notificationes, certificationes, atque relationes ad Magiſtratum illius loci, in quem deinceps ſemet contulerunt hi transfugæ, faciendas, atque ab hoc viciſſim recipiendas, durch das Hin- und Her-Schreiben/ ſed & Civibus Creditoribus, deceptisque puellis difficilis valdeque ſumtuoſa juris ſui perſecutio, &, quum ſæpemet lateat, ubi degant fugitivi illi, ſecundum illud, quo ſibimet mirum in modum perplacent, proverbium, Anheuthe allhier / Morgen in der weiten Welt: inanis propemodum actio haud rarò reddatur, atque præterea, ex eadem cauſa, delicta ipſorum ſæpemet impunita maneant; Ita ad illud in poſterum præcavendum, in *dicto Concluſo*, §. 2, ſequenti verborum figura: Wann ein Geſell ſich von dem Ort/ wo er in Arbeit geweſen / abweg zu begeben vor hat / ſoll er vor ſeiner Abreiß von ſeinem Meiſter Abſchied zu nehmen / in alle Wege auch alle Anforderung / ſo die Obrigkeit oder ſonſt jemand daſelbſt an ihn haben möchte / richtig zu machen / und außzuführen ſchuldig ſeyn / wobey dann die Meiſter fleißige Achtung zu geben / ob ſolche Entlaſſung etwann wegen eines begangenen und noch nicht kundbaren Verbrechens begehrt werde / ſolchen falls auch mit Ertheilung des

Ab-

Abſchieds an ſich zu halten/und es der Obrigkeit anzuzeigen/rc. ſalubriter admodum eſt cautum, ut non ſolummodo Socii ante abitum ſuum Magiſtris valedicere teneantur, ſed & hi, ſiquidem animadvertant, quod illi diſceſſum parent ob contracta debita, vel commiſſum aliquod delictum in vulgus nondum notum, (cui & adhucdum committendum, e. gr. convicii, ut *ſupra* monuimus, relictionem addimus, ut & præmaturam matrimonii promiſſionem;) miſſionem ipſis; &, quod hujus partem præcipuam conſtituit, exteros ſalutandi officium denegent, daß die Meiſter ihnen den Abſchied nicht ertheilen/ ſondern vielmehr den Bündel und Gruß verſagen/ hocque modo, cum, prout rectè obſervavit ADR. BEIERUS, *in Tract. d. Boëtho, cap. 4. §. 6. n. 236. pag. 72.* hæc ipſa denegatio penes Opifices vim propemodum Arreſti habeat, eosdem retineant.

§. IX. Alter in *dicto Concluſo Imperii*, præter eos, quos, tanquam in ipſis Imperii noſtri Conſtitutionibus notatos, jammodo *in ſuperioribus* conſideravimus, recenſitus abuſus in diſcrepantia conſiſtit arcarum illarum, in quas reditus omnes, mulctasque pecuniarias colligunt, & unà cum Actis atque communi ſupellectili recondunt Opifices, der Handwercks- oder Ambts-Laden/ dum nimirum Collegia illa, quæ in Provinciarum vel Circulorum Civitatibus primariis, denen Haupt- oder Crayß-Stätten reperiuntur, atque penes ſe habent arcas primarias, die Haupt- oder Crayß-Laden nuncupatas, talem dignitatis non minus, quam honeſtatis quoque primatum ſibimet vindicant præ aliis, illisque, quæ in minoribus conſpiciuntur Civitatibus, & apud ſemet habent arcas inferiores, die Neben-Laden/ ut non ſolummodo illos, qui nomina ſua apud ipſa profeſſi, eorumve albo inſerti non ſunt, vel deſuper cum ipſis non convenerunt, deterioris longè conditionis, &, utut Opificium quàm optimè calleant, pro illegitimis tamen habere, atque per varias ex- & circum-actiones damnum eiſdem inferre, hocque modo plurimos Sociorum ad ſemet pertrahe-

trahere; ſed & præterea de aliorum Opificiorum, in diverſis licet Territoriis ſitorum cauſis cognoſcere, eademque etiam, ad dijudicationem atque deliberationem ſuper aliis cauſis opificiariis inſtituendam, hinc inde in ſubſidium vocare, hæcque viciſſim cauſas ſuas illùc haud infrequenter deferre ſoleant; Hunc ipſum etenim reprobavit, omnemque ſimul inter arcas illas opificiarias differentiam abolendam eſſe cenſuit *antelaudatum Concluſum in* §. *6.* verbis ſequentibus: Und demnach der mehrfache Unterſcheid und Diſcrepanz der Handwercks-Haupt-und Neben-Laden / *(f)* zumahlen deren / ſo ſich an etlichen Orten theils Handwercker ſelbſten auffzurichten / vor dieſem angemaßt haben / groſſe Confuſion und Trennung verurſacht / alſo daß ein Handwerck an einem Ort redlicher als an dem andern ſeyn / und die Geſellen an ſich ziehen / und wer ſich bey ſolchen Laden nicht einſchreiben läßt oder abfindet / für unredlich in Lernung und Meiſterſchafft / *(g)* geachtet / auch mit continuirlichen Umtreiben / bald da bald dort / an der Arbeit gehindert werden will / als wird ſolcher Unterſchied berührter Handwercks-Laden hiemit gäntzlichen auffgehoben / und abgethan / inſonderheit aber ſolle keinem Hand-

werck

(f) vel, prout ab hac ipſa lectione, deſumpta ex iis hujus Concluſi Exemplaribus, quæ ap. AUTHOREM *Meditat. ad Inſtr. Pac. Weſtph.* DN. LUNIGIUM: Atque B. eheu! & paucas demum ante ſeptimanas, in haud levi Reipubl. Literariæ, boniquepublici detrimentum non minus, quam in ſingularem quoque mœrorem noſtrum, defunctum *Honoratiſs. quondam Affinem ac Patronum noſtrum*, D. BURGERMEISTERUM, *in locis ſuperius, in cap. 1.* §. *2. p. 16. & 17. indicatis* extant, differenter paululum ap. ANTON. FABRUM *in loc. perinde quoque ibid. nominato*, itàque leguntur hæc verba: Der Handwercks-Laden / und ſo genannten Haupt und Neben-Capiteln.

(g) & quidem, ſecundum ampliationem, in modolaudato ANT. FABRI Exemplari heic interſperſam, unangeſehen er der beſte Meiſter.

werck oder Zunfft / unter dem Nahmen und Titul der Haupt-Laden / Handwercker an andern Orten / bevorab aus verſchiedenen Territoriis / für ſich zu fordern / zugelaſſen ſeyn / und verſtattet werden; Pro qua ipſa diſpoſitione ſtatuminanda, ſequentia omnino inſervire videntur, quod nimirum, uti differentia illa, & prætenſa honeſtatis prærogativa non poteſt non confuſioni atque altercationibus præſentiſſimam occaſionem præbere, & in inſigne præjudicium vergere illorum Collegiorum, quæ minoris dignitatis atque honeſtatis eſſe reputantur, illisq; Opificibus, qui horum albis inſerti ſunt, ſine cauſa juſtifica, duplicatas expenſas parere, ita illæ de extraneorum Opificiorum cauſis uſurpari ſolitæ cognitiones, æque ac eorundem in aliis cauſis opificiariis conſuetæ in conſilium vocationes, & ab hiſce viciſſim uſitatæ cauſarum ſuarum delationes, utut primo intuitu nihil mali involvere, ſed potius rei opificiariæ vel maximè inſervire, eoque etiam haud dubiè reſpectu, à LEOPOLDO I. Imp. Glorioſiſs. Mem. teſte ADR. BEIERO, *in Tract. de Advocat. Opificiar. cap. XI. §. 10. num. 750. & 51.* Ao. MDCLXXIII. ubi Tonſores Pannorum, per utrumque Sileſiæ Ducatum, & Comitatum Glacenſem, Ejusdem beneficio atque authoritate, denuò in Capitulum generale compilabantur, conſtitutum eſſe videatur, ut in quaternis per annum conventibus, Uratislaviæ ipſis agere permiſſis, cujusque Principatûs Senior iſthuc invitari debeat, partim tamen, quatenus quæſtio eſt de Opificiis in alienis Territoriis ſitis, ſine notabili Dominorum Territorialium præjudicio, propterea fieri vix poſſint, quoniam non ſolummodo plerumque ejusmodi in cauſis fieri ſolent, quæ artis, & morum ad artem pertinentium terminos ſupergrediuntur, & quarum cognitio atque dijudicatio ad Magiſtratum Politicum ſpectat, adeoque ad inſignem diminutionem tendunt Jurisdictionis Ordinariæ, ſed & in genere Opificum cum exteris communicatio Magiſtratui Politico, Reique publicæ periculoſiſſima ſæpemet eſſe, ſubque cauſarum Opificialium prætextu, de

 con-

conſiliis violentis atque turbulentis adverſus Superiores ad effectum deducendis, deliberationes atque conſpirationes negotio inſtitui poſſunt longè facillimo: partim verò in genere, & ſive ab unius, ſive à diverſi Territorii Opificiis fiant, eapropter noxiæ magis ſint, quàm proficuæ, quoniam non ſolum à multis litigantibus eum tantum in finem provocari ſolet ad transmiſſionem cauſarum ad extera Collegia, ut prætextum habeant ad easdem protelandas, ſed & Opifices conſulti in reſpondendo nimis ſæpemet partiales ſemet exhibent ac præcipitantes, atque haud infrequenter non tam conſulunt, quam condolent, &, poſt prolixam verboſitatem, nihil definiunt, ſed ſub ulteriorum deliberationum prætextu, judicium ſuum ſuſpendunt, quin &, ſi quid definiant, inconſtanter id faciunt, neque conformiter Legibus atque Conſtitutionibus Imperii noſtri, ſed juxta perverſos mores, conſuetudines, atque Statuta ſua.

§. X. Tertium à priori, eidemque valde affinem abuſum mos conſtituit Opificum, juxta quem, quibusdam in locis, in caſu, quandò ex uno alterove Opificii genere ſufficiens illorum, ad formandum peculiare quoddam Collegium, non adeſſe videtur numerus, in aliis, diverſorum licet Territoriorum, Civitatibus & locis, apud Collegia ibidem reperiunda, jura Collegiorum redimere, eorundemque cognitioni cauſas ſuas opificiarias ſubmittere ſolent. Cum enim & hicce mos, non ſolummodo ob alienæ Jurisdictionis, quæ hic intercedit, prorogationem, ſed & alias ob cauſas, in maximum præjudicium vergat Dominorum Territorialium, prætereaque ejusmodi Opifices, quum numerus ad Collegiorum erectionem neceſſarius nullibi definitus ſit, ſed ad hoc ipſum vel tres quoque perſonæ ſufficiant, adeoque ipſi hoc in caſu, ſi vel huncce tantummodo numerum compleant, aut proprium quoddam Collegium, Superiorum auſpiciis, inſtituere, aut, ſi ob nimios forte ſumptus, quos tam parvus Collegarum numerus requireret, peculiaris Collegii inſtitutio è re ipſorum eſſe non videatur, in ejusdem potius Territorii ſuæ profeſſionis

Col-

Collegiis locum quærere, ſiquidem verò vel Territorium tam non ſit amplum, vel ſaltem ejusdem generis Opifices alii in eódem non reperiantur, affinis ſimilisve profeſſionis Collegia adire, ibidemque receptionem rogare poſſint, ad quærendum rebus ſuis tàm noxium Superioribus ſuis remedium, nulla prorſus neceſſitas urgeat, mirandum ſane eſt vel minime, & eundem, tanquàm abuſum, abolendum cenſuiſſe Collegium Principum Imperii noſtri, in ſuis, ab AUTHORE *Meditat. ad Inſtr. Pac. Weſtph. Art. 8. §. 3. Mantiſs. 3. N. 1. p. 1536. ſeq.* exhibitis monitis ad Projecti, die 12. (22.) Aug. 1671. in Comitiis Imperii dictati Art. 6. verbis hiſce ſequentibus: Und demnach vorkommt/ daß wann in einem Land oder Stadt einige Handwercker befindlich / welche ſich nicht ſtarck genug halten / eine eigene Gůld und Lade auffzurichten / dieſelbe ſich eigenmåchtig unternehmen / in fremden und in einem gantz andern Territorio gelegenen Stätten und Oertern bey denen daſelbſten ſich befindenden Gůlten oder Zůnfften einzukauffen / und bey denſelben alle ihre Handwerck-concernirende Sachen auszumachen / ſolle ſothaner Mißbrauch hinführo ebenfalls nicht mehr geſtattet / ſondern abgeſchaffet werden.

§. XI. Quartus in dicto Concluſo communi notatus abuſus exceſſus concernit luxusque, quos, 1.) circa puerorum, ſive Tyronum Opificiariorum initiationem atque miſſionem: 2.) circa illum, Collegiis ut vocantur liberalibus atque gratuitis, denen geſchenckten Handwerckern familiarem, peregrinantes Socios ſolenniter excipiendi dimittendique morem: 3.) circa ſymbolorum, in Conventibus trimeſtribus vel menſtruis, an denen Meiſter-Tågen / Weyhfaſten / (i. e. Quatembern) à Magiſtris non minus, quam à Sociis exigi ſolitorum, der Quartal-Groſchen / Weyhfaſten-Schilling: aliarumque collectarum voluntariarum, der Auffleg-Geldter exſolutionem: nec non 4.) circa mulctarum ob delicta Opificiaria irrogationem,

aliaque negotia, (inter quæ non immerito quoque 5.) Magiſtrorum creationem; atque 6.) nuptiarum celebrationem referendam eſſe exiſtimamus:) in eo deprehendere licet, quod nimirum non ſolummodo (α.) multis, atque plerisque fere in locis, tam illi pueri atque Tyrones, qui poſt effluxum tentaminis atque præliminaris periclitationis, aconventationem, ut Italis Doctoribus dicitur, (die Verdingung an den Meiſter /) inſequens ſpatium, nach Verflieſſung der Prob-Zeit / Opificium quoddam addiſcendi cupiditate trahuntur, quam ii quoque, qui poſt completa annorum diſciplinarium tempora, ſtatum ſocialem ambiunt, præter certam quandam pecuniæ ſummam, in idiomate Germanico Einſchreib-oder Auffding-und Ausſchreib-Geldt nuncupatam, ſæpiusque juſto nimis exaſperari ſolitam, adhucdum Magiſtrorum Collegio, & in caſu miſſionis, Sociis quoque, convivium quoddam parare teneantur, noch eine Zehrung ausrichten müſſen: Verum etiam (β.) à peregrinantibus Sociis illis, gratuito munere ſæpemet non contentis, pro effreni ipſorum lubitu, certa quædam, eaque delicatiora, & palato ſuo præ aliis optima viſa fercula expoſci; Nec non (γ) ea, quæ ſub laudatioris finis, e. gr. ſuſtentationis, atque auxilii pauperibus ægrotisque Magiſtris & Sociis inde ferendi prætextu, colligi atque conferri ſolent, ſymbola, non tam in ejusmodi uſus, quam potius, perinde ac pecunia ex mulctis, ob leviſſimas utplurimum cauſas impoſitis redacta, ad ingurgitandum atque commeſſationes impendi, inutiliterque deglutiri ſoleant: & denique (δ) ab iis, qui gradum Magiſterii adipiſci volunt, præter Convivium Elaboratorium, ſeu Probatorium, (de quo ipſo *infra* erit dicendi locus, *in* §. nim.. *hujus cap.* 14.) aliasque complures, Status Magiſtralis, Jurisque Collegialis impetrationem & antecedentes & concomitantes expenſas, atque præſtationes pecuniarias, (de quibus videri poteſt ADR. BEJERUS *in Tr. de Magiſtro Opific. cap.* 10. *num.* 341. *multisque ſeqq.*) pro renunciatio-

ciatione atque declaratione in Magiſtros, omnibus & ſingulis futuris Collegis ſuis, eorundemque uxoribus quoque interdum, & haſce utplurimum deinceps inſequenti liberorum turbæ atque familiæ, ſumtuoſæ ſatis, atque per aliquot interdum dies noctesque durantes epulæ, das Meiſter-Eſſen / oder Meiſter-Mahlzeit dici conſuetæ: à Neo-gamis verò, quibusdam in locis atque Opificiis, Juſculum Sponſalitium, ſeu Jentaculum Connubiale, die Braut-Suppe / & quidem, ne forte, ſiquidem in ipſis nuptiarum quæ celebrantur diebus porrigatur, (id quod tamen præciſe neceſſarium non eſt, cum utplurimum poſt aliquod demum, idque longum ſæpius intercedens temporis intervallum porrigi ſoleat:) illud ipſum accipientes propterea donum nuptiale offerre teneantur, non in domo nuptiali, ſed ſeparatim ab illa, atque Convivio nuptiali, in ædibus Primicerii, præberi debeat; per ea, quæ plenius videri poſſunt ap. ADR. BEIERUM, *in Tract. d. Magiſtr. Opific. Cap. 9. §. 4. n. 275. ſqq. & §. 5. n. 283. ſqq.* nec non *cap. 10. §. 3. n. 349. ſqq.* Quem ipſum varium atque inſignem abuſum, antelaudatum Concluſum Imperii, *in* §. 7. verbis ſequentibus: Ingleichen und dieweilen man befunden / daß mehrmahlen bey dem Auffdingen (*h*) und Ledig-Zehlung der Lehr-Jungen / Ausſchencken der Handwercks-Geſellen / (als welche bey theils Handwer-

---

(*h*) Non ut ap. ANTON. FABRUM *dict. loc.* legitur, bey dem Auff-künden / utpote cui ipſi lectioni eam, quæ in textu habetur, eo magis præferendam eſſe arbitramur, quò illa 1:) tam apud AUTHOREM *Meditat. ad Inſtr. Pac. Weſtph.* quam etiam apud B. DN. BURGERMEISTERUM, & CHRIST. LUNIGIUM, ita conſpicitur: 2.) negotio, & Opificibus familiari loquendi mori propterea magis eſt conveniens, quoniam inter illos circa pueros nullus intercedit actus ſolennis, qui ab ipſis ſub nomine des Auffkündens indigitaretur: & denique 3.) hoc ipſum ab ANTON. FABRO exhibitum Exem-

werckern mit keinem freywilligen Geſchenck zufrieden/ ſondern nach ihrem Gefallen/mit koſtbahren und gewißen Speiſen / von den Meiſtern verſehen ſeyn wollen:) ſo dann bey der Meiſter-und Geſellen-Aufflags-Geldter/ und Beſtraffungen / und in andere Wege / groſſe und beſchwehrliche Ubermaß gebraucht werde. Als ſollen dergleichen exceſs gäntzlich abgeſchafft ſeyn / und diejenige / ſo ſich hiewieder vergriffen / auff einkommene gebührliche Klagen / von denen Obrigkeiten mit allem Ernſt geſtraffet/ auch in dem übrigen der Unterſcheid zwiſchen den geſchenckt und ungeſchenckten Handwerckern/ſo viel jener wider dieſe bißhero eingebildete beſſere Ehr und Redlichkeit anbelanget / abgethan ſeyn: non obſtantibus, quæ pro hujusmodi Epulorum atque Commeſſationum conſervatione in medium proferri, &c, partim à longæva atque inveterata per univerſam Germaniam obtinente conſuetudine,partim vero & ab eo , qui inter Literatos quoque, in Doctorum atque Magiſtrorum creationibus obſervari ſolet , convivandi more, aliundeve repeti poſſent, ratiunculis , eo majori cum jure , quo 1.) negari nequit , quod Reipubl. vel maximè interſit , Civium ſuorum luxum, quantum fieri poteſt , cohiberi : & 2.) certiſſimum plane eſt , quod per immodicas hujusmodi expenſas non ſolummodo permulti pueri , ad Opificia addiſcenda cæteroquin oppido quam idonei, ab illorum apprehenſione deterreantur, ſed & Neo-

plar, non ſolummodo ob ea , quæ *in ipſo hoc* §. omiſſa ſunt verba: jener wider dieſe bißhero eingebildete beſſere: nec non eas, quæ *in præced.* §. *6.* poſt verba unterm Nahmen / deficiunt, voculas und Titul: ut & eos, quos *in ſeq. not. a. & f.* obſervavimus defectus, verum etiam ob eam , quam *in præced. not. f. & g. pag. 83.* indigitavimus, eamque, quæ circa dictum §.6. non minus,in eo, quod loco verborum für ſich zu fordern / legatur an ſich zu ziehen: quam etiam, per ea, quæ *in ſeq. lit. p. & r.* notavimus, circa §. *9.* occurrit, ab antelaudatis Editionibus differentiam , adeo non videtur eſſe accuratum.

Neo-Magiſtri illi eum in modum deprimantur, ut, (quod equidem Veterani, pro ſingulari ipſorum in ejusmodi Novitios livore, omnium maxime intendunt,) niſi aliquantulum larga hiſce res ſit domi, vix deinceps amplius emergere poſſint, ac ne vix quidem: penitus atque ſeveriter reprobandum, &, quum Opificia gratuita reliquis non gratuitis ſemet utplurimum longe anteferre, hæcce cavillari, atque non ſolummodo, prout in *ſuperius*, §. nim. *huj. cap. sto p. 73. laudatæ Deſignationis* mehrfacher Mißbräuche §. *i.* obſervatum eſt, quoad certarum perſonarum receptionem, ſed & in aliis haud paucis articulis, melioris longe præ hiſce conditionis eſſe velint, illud ipſum autem propterea ferendum ſit vel minime, quoniam juſtam atque idoneam cauſam prætenſæ illius in honeſtate prærogativæ deprehendere non licet, inſimul quoque diſponendum eſſe, ſalubriter admodum cenſuit, ut illa diſtinctio, quantum prætenſam Opificiorum Liberalium præ non liberalibus honoris atque honeſtatis prærogativam attinet, in totum pro futuro ceſſare debeat.

§. XII. Quintum locum in *ſæpelaudato Concluſo illo* 1.) ſcrupuloſitas occupat Opificum, nimiaque circa annos diſciplinares accuratio, dum nimirum ab ipſis illi quoque pueri, quibus perpauci tantummodo dies aut horæ in complemento deficiunt dictorum annorum, in ſocios ſæpemet promoveri nolunt, quin &, ſi forte ante eorundem decurſum plenarium in tales promoti fuerunt, peregrinationem deinceps ingreſſi ſtatûs ſui controverſiam, &, ut Præceptoribus ſuis domum remittantur, pati tenentur: 2.) abſoni circa Sociorum dictiones, in plerisque, liberalibus cumprimis Opificiis, adhiberi ſoliti ritus, atque inſignes, quibus Statûs Socialis Candidati, à Sociis Veteranis, vel, in idoneorum ex hiſce defectu, in quibusdam Opificiis & locis, à Magiſtris quoque, coram Spectatorum coetu, invitatisque Hoſpitibus, mirum in modum exagitantur, quasque apud Scriniarios, Torniones, alios que, dolandi, des Hobleñs / apud Doliarios, aliosque, acuendi, des Schleiffens / aliisve apud alios voculis

 expri-

exprimere ſolent, vexationes, quarum pleræque, vel ob immaniſſimam barbariem abominandæ, vel ob blaſphemam fœditatem execrandæ; Dum nimirum, quod *prioris generis* ritus attinet, teſte ADR. BEIERO, *in Tract. de Boëtho, cap. 3. num. 136. ſqq.* e. gr. apud *Cerdones & Alutarios*, quibusdam in locis, Statûs Socialis Candidati ſerto ſpineo coronantur, illudque trina vice torquetur, rotatur, volvitur, capitique tamdiu infigitur, donec tam veſtes quam crines ipſorum cruore perfundantur atque inquinentur, ipſique, ut forſan alii ab Opificii hujus ſtudio, hoc ipſo avertantur, per vicos deducuntur; Apud *Fabros Lignarios*, iidem vallis impoſiti, atque ad flumen quoddam aut ciſternam publicam humeris delati eidem immerguntur, &, uti loquuntur, baptizantur; Apud *Zonarios*, prout in *antelaudata Deſignatione* mehrfacher Mißbräuche *§. XI.* obſervatum eſt, præter alias vexationes, virgis caſtigari ſolent: Penes *Typographos*, quando ex his, quos Cornutos vocant, Socii factitii ſeu Veterani creantur, Depoſitionum Academicarum ritus in imitationem trahuntur: Apud *Scrinariorum*, aliorumq; Opificia, ejusmodi in Socios creandorum oris barbæ appinguntur aut agglutinantur, eædemq; deinceps in poſteriori caſu accenduntur: eorundem facies denigrantur, iidem morionum veſte induuntur, prætereaque etiam cophino e. gr. dorſuario vacuo onuſti, vel etiam ſine illo, chartarum luſoriarum comparandarum, domumque, in qua congregati ſunt Veterani Socii, nonnullique è Magiſtrorum gremio, melioris ordinis ſervandi gratia ishuc Deputati, vel etiam à Candidato ſpecialiter invitati, reportandarum gratia, emittuntur; atque deinceps à Veteranis, menſæ aſſidentibus, à Sacrificulo chartas luſorias, ad quinque ludos, unum ſcil. pro Sacrificulo, duos pro Patrinis: quartum pro Ædituo, & quintum pro ipſis creandis Sociis perficiendos, pro forma accipientibus, atque virgas aut cochlearia culinaria lignea majora in manibus habentibus, chartas hoc modo diſtributas colligere juſſi, illudque ipſum audentes tam peſſime excipiuntur, illorumque

digiti

digiti, ni pallio, quo perinde ac Sacrificulus, Patrinus, atque Ædituus, ſolent eſſe induti, ſibimet proſpiciant, eum ſæpemet in modum corrumpuntur, ut per hoc ipſum operationi interdum, aliquantiſper ſaltem, reddantur inidonei: Apud *alios* aliis modis plagas, balneum, ſuſpendium, fumum, uſtulationem, &, neſcio quæ tormenta alia perpeti tenentur, aliæque adverſus eosdem adhibentur ineptiæ, quas omnes & ſingulas heic recenſere nimis profecto longum foret: Quoad *ſecundi generis* ritus autem, quidam exercentur, qui magnam cum ſacris affinitatem habent, vel ad imitationem Sacramentorum fidei Chriſtianæ, aut illorum Actuum, qui à Pontificiis pro talibus habentur, adinventi ſunt, qualis ſunt e. gr. conſuetæ quibusdam, e. g. Tornionum atque Scrinariorum Opificiis, conciones atque homiliæ vel quaſi; [dum nimirum unus ex Sociis, vel, ſiquidem idoneus, tantæque rei par præſto non ſit, unus quoque ex ipſorum Magiſtrorum gremio, Concionatorem, (einen Pfaffen ipſis dictum;) agere, concionemque proferre ſolet, cui, cum ſermo ille, ex ludicris maximam partem atque jocoſis materiis concinnatus, aliquantulum longus eſſe, & per integræ horæ ſpatium aut ultra quoque durare, prætereaque, ni Auditoribus irriſui eſſe velit eundem habens, ſine hæſitatione proferri debeat, illud ipſum aliquot ſeptimanas prius indicandum; Vid. FRID. PHILIPPUS *in Diſp. Lipſiæ habita 1680. ibidemq; ſuperiori Ao. 1717. recuſa, de Collegiis Opificum, th. 20.*] & imaginarius Baptiſmus, in quo ipſo, aquâ vel purâ, vel cum pauxillo vino, pro electione, ad præviam interrogationem, num aqua vel vino baptizari velit? inſtituta à Candidato, in poſteriori tamen electione lotionem illam per vinum, ſymbolo aliquo redimere obligato, mixtâ, accedentibus duabus alapis, à Sacrificulo, ejusmodi Candidato, poſt prolata ſequentia verba ſolennia, à Scriniario quodam hujus loci nobismet communicata, Ich tauffe/ (vel, prout hodie, ob Eccleſiæ Miniſtrorum querelas, hinc inde apud Magiſtratus Politicos deſuper motas, dicere amant: Ich begieſſe) dich in dem Nahmen des Hobel-Bancks: Schirpff- und Schlicht-Hobels:

bels:

bels: Rau-und Füg-Bäncke: Bleib ein Geſell eine Zeit lang / und ein Meiſter dein Lebenlang / hinführo halt dich zu ehrlichen Geſellen/ und nicht zu Jungen: Das/ (alapas ſcil.) leid von mir / und ſonſt von keinem mehr: dari conſuetis, trina vice fieri ſolito, quibusdam in locis & Opificiis, & novi nominis, interdum à diſciplinæ perceptæ, aut Status Socialis aſſumti loco, (*i*) quandoque verò ab induſtria ſegnitieve in annis diſciplinaribus adhibita, (*k*) deſumpti impoſitio intercedere, & duo Patrini, Sacrificulus, atque Ædituus, ein Pfaff/ 2. Pathen/ und ein Möſſner oder Glöckner / eisdem, alicubi, corruptis pauliſper, & ex induſtria procul dubio quodammodo immutatis vocabulis, ſub nomine der Pfaffen: des Meſſners / und Baders/ venientes, adeſſe ſolent, de cujus ipſius perficiendi atque celebrandi ritibus ulterioribus ſat iterum ridiculis, & cum Pontificiorum Confirmatione, in idiomate Germanico Fürmelung eisdem dictâ, comparatione, plura, curioſa ſatis videri poſſunt apud antelaudatum ADR. BEIERUM, *in dict. Tr. & cap. num. 145. multisque ſqq.* quorſum L.B. brevitatis ſtudio ducti remittimus: 3.) abſonæ atque ridiculæ ſalutationum, quibus, in Opificiis Liberalibus, advenientes in aliquo loco Socii, ibidem degentes Magiſtros atque Socios, vel ſtatim in acceſſu, vel etiam in congreſſibus demum, ſalutare ſolent, formulæ, (*l*) in priori caſu der Gruß / in poſteriori autem Conſuetudo Opificiaria, die Handwercks Gewohnheit / eisdem dictæ

(*g*) ita, ut unus e. gr. Johannes de Franckfurt: alter Georgius de Nürnberg: tertius Martinus de Leipzig, aut Hamburg, &c. appelletur, & quis, conſuetudinis hujus ignarus, nomina illorum in officinis, quibus eadem inſcribere aut tabulis incidere, tignisque inſculpere ſolent, legendo, facile induci poſſit ad credendum, meros hoſce ſcribentes fuiſſe Nobiles.

(*h*) unde etiam quidam willig: quidam faulpeltz: quidam Schlaffhaub: &c. appellantur.

dictæ, adeoque ſtrictè obſervandæ, ut, ſi quis forte in earundem enarratione, vel in vocula tantum erraverit aut ſyllaba, non ſolummodo pœna afficiatur pecuniaria, ſed & ulterius peregrinari, &, prout exemplo Socii cujusdam Ephippiarii, eines Sattler-Geſellens / ſemet hac in parte confirmatum eſſe teſtatur FRID. PHILIPPUS, *in antelaud. Diſp. dict. th. 24. in fin.* interdum viam, unde venit, utut longinquam, retrogredi, atque ex loco unde exiit, ſalutandi formulam aliter petere, meliusque addiſcere teneatur: 4.) irrationabiles partim & ſupervacaneæ, partim verò Juribus atque Conſtitutionibus Imperii è diametro repugnantes voces & clauſulæ, quibus tam Opifices, in literis ut vocantur diſciplinaribus, in den Lehr-Brieffen / pueris manumiſſionem adeptis, à Magiſtris, ſub Sigillo Opificiali, in legitimum, quod artem apud eosdem didicerint, teſtimonium, nec non in Atteſtatis, Sociis, ab iisdem, quod nimirum artem penes ipſos legitime exercuerint, concedi ſolitis, in denen Kundſchafften / quàm etiam Magiſtratus quidam, imperitiores cumprimis, & vel ex

(l) quarum, alias ſecundum ADR. BEIERUM, *in dict. Tract. de Boetho cap. 3. §. 5. num. 171.* adeo ſecreto habitarum, ut Veterani Sodales Junioribus illas non prius adaperire ſoleant, quàm itineri accinctis, unam IDEM BEIERUS nobis exhibet, *in modolaud. Tr. cap. 4. §. 6. num. 225.* ſequentis tenoris: So mit Gunſt ihr günſtige Geſellen und Jünger / ſo bin ich vor 14. Tagen neulich hieher kommen / iſt mir von Meiſter / Geſellen und Jünger / ein freundlicher Gruß befohlen worden / ich ſoll ein gantz Ehrſames Handwerck / Meiſter / Geſellen und Jünger gantz freundlich grüſſen! So hab ich ihnen an ſtatt euer gedancket. Wären mit Reverenz die Schuh geflickt / der Beuthel voll mit Thalern geſpickt; hätte ich ihnen nicht gedancket / ſo wollt ich noch hinziehen und ihnen dancken: Aber ich hoffe es wird geſchehen ſeyn. quæ ipſa tamen, cum, prout à varii generis Opificibus edocti ſumus, formulæ illæ, pro diverſitate Opificiorum, variare, illâ tamen plerumque breviores eſſe, & in paucis tantummodo verbis conſiſtere ſoleant, univerſalis dici nequit, ſicut nec de antenotata ex EODEM BEIERO celatione, quod generaliter atque in univerſum obtineat, afferi poteſt.

ex Opificum gremio collecti, vel ad genium ipſorum ſemet accommodantes, in Literarum Natalitiarum conceſſionibus, (*m*) uti interdum conſueverunt, e. g. Producentis Parentes in nuptiis ſuis, per vias publicas, legitimè ad Eccleſiam fuiſſe deductos: (*n*) vel, prout in *ſupralaudata Deſignationis* mehrfacher

Miß-

(*m*) Ita namque interpretandas eſſe, quæ in eo, quem huic ipſi §. mox inſerturi ſumus, *ſæpelaudati Concluſi* §. 9. *no.* occurrunt, voculas: weniger nicht thun die Handwercker in den Geburths-Brieffen und anderen Kundſchafften: exiſtimamus propterea, quoniam 1.) vel ex ipſa natura & forma Literarum ut vocantur Natalitiarum proprie ſic dictarum, utpote juratam teſtium quorundam depoſitionem de legitimitate easdem impetrantis requirentium, fidemque publicam inducentium, conſtat, pauloque latius deductum eſt ab HENR. LINCKIO, *in Diſp. Jenæ habita 1677. de Literis Natalitiis,* von Geburths-Brieffen / *cap.* 4. quod illæ nonniſi à Magiſtratibus concedi queant, eorundemque Officialibus, publica hanc in rem auctoritate munitis: adeoque 2.) poteſtas Opificum neutiquam, tantòque minus, eò ſemet extendere valet aut debet, quò 3.) prout ex iis patet, quæ ADR. BEIERUS habet, *in Tr. de Collegiis Opificum, cap.* 20. §. 2. *num.* 1599. *ſqq.* denuoque repetiit, *in Tr. d. Advocat. Jur. Opific. cap.* 32. §. 1. *n.* 1812. *ſqq.* ne à Sacerdotibus quidem confectas ejusmodi Literas admittere volunt Opifices: & denique 4.) eæ Literarum Natalitiarum formulæ, quæ apud modolaudatum BEIERUM, *in Tract. de Tyrone Opificiar, cap.* 7. §. 6. *poſt num.* 410. *pag.* 105. *ſqq.* & HENR. LINCKIUM, *in modolaud. Diſp. dict. cap.* 4. §. 5. & 6. occurrunt, abunde teſtantur, quod & Magiſtratus, in conceſſis à ſemet Natalitiis Literis, primâ à nobis *in textu* nominatâ clauſulâ hinc inde fuerint uſi, neque ullum prorſus eſt dubium, quin illæ quoque Natalitiæ Literæ, in quibus poſteriorem, *ibidem* quoque à nobis allegatam Clauſulam ſemet deprehendiſſe ſcribit PAUL MATTHIAS WEHNERUS, *in Select. Obſervat. Jur. Pract. lit. Z. voce* Zunfft / auctorem habuerint Magiſtratum publicum.

(*n*) quamvis, ut verum fateamur, nihil, quod quandam irrationabilitatem ſaperet aut ſuperabundantiam, in hac ipſa clauſula deprehendere queamus, cùm, prout nobis videtur, eum ſine dubio adjiciatur in finem, ut hoc ipſo indicetur, Producentis Parentes neque præ-

Mißbräuche/ §. *18.* obſervatum eſt, daß des Producenten Vatter und Mutter nicht Pfeiffer/ Schäffer/ Müller oder Wendiſcher Arth/ *(o)* noch von dergleichen Eltern Herkommens ſeyen: ſive, prout apud ADR. BEIERUM, *in Tract. de Origine, Speciebus, & Interpretatione Juris Opificiarii, cap. 7. §. 22. num. 580. p. 147.* occurrit hæc formula, daß Producent nicht eines Baders/ Schäffers/ Spielmanns/ Pfeiffers/ Zöllners/ oder Müllers Sohn/ oder ſonſt eines Mannes Kind/ das zu ehrlichen Handwercker nicht zuzulaſſen: *5.)* pravus ille mos Sociorum, quibusdam in locis, Civitatibus cumprimis Imperialibus, ut *ſupra* monuimus, in *hujus cap. §. 1. pag. 21.* obtinens, in ſingulis Lunæ diebus, à conſuetis operis ſuis deferiandi: & denique 6.) nimia, quibus Magiſtri noviſſimi, die Jungmeiſtere/ in quibusdam Collegiis & locis, in eo gravantur, onera, quod nimirum

maturum concubitum commiſiſſe, neque generis fuiſſe meretricii, utpote quibus omnibus, plurimis in locis, pompas nuptiales ſolennes inſtituere, offentliche Kirchgänge anzuſtellen/ oder zu halten/ prohibitum, atque ſine eisdem, Templum, Sacerdotalis Benedictionis ibidem impetrandæ gratia, petere injunctum eſt.

(o) Ita enim, vocabulorum weidiſcher Art/ in *ſupralaudatæ*, ab ANT. FABRO *exhibitæ Deſignationis* mehrfacher Mißbräuche ꝛc. §. *18.* occurrentium loco, legendum eſſe, patet exinde, quoniam 1.) verborum illorum nullus idoneus eſt ſenſus: 2.) ita hæc formula concepta & reſtituta legi poteſt ap. ADR. BEIERUM, *in antelaud. Tract. cap. 5. §. 1. in fin. num. 169. p. 43.* 3.) partim ex ibidem traditis, partim verò, & vel maximè ex iis, quæ LEONH. SCHRITSMEIERUS, *in Speculo Politico, Ao. 1670. Francofurti ad Mœnum edito, qu. 39. per tot. p. 461. ſqq.* latiſſime, atque in medium prolatis, pro ipſis non minus, quam contra eosdem militantibus rationibus, hisque in favorem ipſorum refutatis, pertractavit, certiores reddimur, quod Venedi, die Wenden/ magnum utriusque Luſatiæ: Marchiæ Brandenburgicæ, atque Ducatus Lüneburgenſis, & Mecklenburgenſis tractum incolentes, alibique paſſim diſperſi, non ſolummodo Lüneburgi, ſed & alibi hinc inde excludi ſoleant ab Opificiis.

mirum non ſolummodo intuitu Collegium convocandi, & advenientibus Sociis operas quærendi muneris, ſed & aliis quoque modis, in epulis, aliisve Collegialibus Conventibus, tamdiu famulari debeant Collegio, &, uti loquuntur, deß Handwercks Knecht ſeyn müſſen/ donec liberentur à noviter ſupervenientibus; Quemadmodum enim hæc omnia & ſingula propterea neutiquam ferenda ſunt, quoniam, quod *primum abuſum* attinet, jammodo *in ſuperioribus,* §. nim. *hujus cap. 7. mo. pag. 78. & 79.* monitum fuit, quod amplitudo annorum diſciplinarium maximam partem in Magiſtrorum favorem recepta ſit, adeoque, quò minus hi ipſi, maxime in caſu, quando anticipatio atque abbreviatio termini in præjudicium non vergit Opificii, aut ipſo conſentiente facta eſt, favori pro ſemet introducto renunciare poſſint, nihil prohibere, &, ubi ſolummodo tam pauxillum tempus ad complementum ſupereſt, manifeſtam invidiam, atque calumniam quoad alios ſapere videtur, ſi iſtud tam rigide exigi, atque ſub hoc prætextu, ejusmodi Pueris damnum inferri velit; *quoad ſecundum,* ritus illi, & quidem ii, qui *poſterioris* ſunt *generis,* in apertum ſatis contemtum atque ludibrium vergunt ſanctiſſimi Baptiſmi Sacramenti, atque Liturgiæ Eccleſiaſticæ: illi autem, qui *prioris* ſunt *generis,* quicquid Opifices de eorundem utilitate, eò nimirum potiſſimum tendente, quò actui major concilietur ſolennitas: conſtans fundetur rei memoria: & cœtui qualecunque Spectaculum exhibeatur aut fabula: prætereaque hoc modo Status Socialis Candidati alacriores reddantur, eisdemque ludendi pruritus extinguatur, aut de aliis ineptiarum ſuarum utilitatibus: vel etiam de ritibus, in Equitum quoque creationibus, & facultatis gladium geſtandi conceſſionibus, bey dem Ritter-Schlagen/ und wehrhafft machen: nec non apud veteres quondam Philoſophos, circa receptionem in diſciplinam ſuam, quin & hodienum, in Academiis, circa receptionem in numerum Studioſorum, eandemque præcedentem Academicam, ut vocatur, Depoſitionem adhiberi ſolitis, utpote, quantum poſterioris cumprimis

gene-

generis ritus attinet, à ſuis haud multum diffe entibus ogganiant, revera tamen admodum crudeles ſunt, &, (quemadmodum vel unicum exemplum evincit, quod in Patria noſtra, Civitate nimirum Biberacenſi, paucos demum ante annos contigit, ubi ſcil. Alutariorum Socii, alicujus ex ſua profeſſione in Socium declarati barbam factitiam accendentes faciem ipſius tam graviter læſerunt, ut hic ipſe ſatisfactionem ab illis poſtulaverit coram Magiſtratu ;) omnium facillime in haud leve damnum atque læſionem illorum, qui eosdem ſuſtinere tenentur, vergere, poſteaque Magiſtratibus Politicis ſupervacaneos plane labores curasque faceſſere poſſunt; reique veritate inſpecta, monopolium magis, illudque potiſſimum, ne amplus nimis fiat hæc ipſa Opificia amplectentium numerus, pluresque hoc ipſo ab illorum apprehenſione deterreantur, quàm ante notatos, ab iisdem jactitatos uſus, (utpote pro quibus ipſis obtinendis aliæ longe ſuperſunt viæ quamplurimæ:) pro fine habent; nec quidquam eisdem opitulantibus modo indigitatis inſtantiis, cum non ſolummodo omnes, qui in antelaudatis actibus & nunc intercedunt, & quondam interceſſerunt, ritus partim tanti non ſint vel fuerint, quam hi ipſi, partim verò tale læſionis periculum conjunctum nunquam habuerint, neque nunc quoque habeant, ſed &, quod ſpeciatim ritus attinet Depoſitionum Academicarum, illi ipſi 1.) ſi verum fateri velimus, æque minus nobismet approbandi, ſed potius, cum JO. LIMNÆO, in *Lib. VIII. Iur. Publ. cap. 6. n. 19. 20. & 21.* contra hoc ipſos, unà cum JOH. BALTHASARE SCHUPPIO, *in dem unterrichteten Studenten / pag. 228. ſeq.* & JOH. MATH. MEYFARTO, *in Tr.* **von der / bey etlichen Evangeliſchen Univerſitäten in Teutſchland gefallenen** *Diſciplin,* **und dagegen eingeführten Barbarey /** *Lib 2. c. 12. pag. 326. ſeq.* (quorum verba huc pertinentia ILL. DN. THOMASIUS exhibuit, **in ſeinen Anmerckungen über** *D.* **Melchiors von Oſſe Teſtament gegen Hertzog Auguſto /** *part. 2. cap. 2. §. 2. not. 109. pag. 232. ſeqq.*) egregie admodum differente, ſimillimi prorſus

N eſſe

eſſe videantur iisdem multo quidem recentiori Pennaliſationi, ſeu Pennaliſmo ut dici conſuevit, poſt Concluſum tamen illud, à Legatis Statuum Imperii noſtri Proteſtantium, die 1. Maji Ao. 1654 in Publicis Imperii Comitiis factum, atque à DN. JOH. CHRIST. LUNIGIO, in des Teutſchen Reichs, *Archivs Part Gen. ſub Rubr.* Römiſ. Kayſerl. Majeſtät / und des Reichs Ständen Policey-Ordnung. *d. ao.* 1577. gebeſſert/ *16. num. 2. pag. 437. ſeq.* exhibitum, per totum pene Imperium, ex Academiis Proteſtantium religioni addictis (*oo*) profligato: & 2) non ſolummodo, prout modo laudati JO. LIMNÆUS, *dict. loc num. 19.* & JO. BALTH. SCHUPPIUS teſtantur, illorum jamodo temporibus, neq; in Italiæ, neque in Galliæ, neque in Angliæ, neque in Hiſpaniæ, neque denique in Superioris Germaniæ Academiis amplius obtinuerint, ſed & hodienum in aliis quoque haud paucis reliquæ Germaniæ noſtræ Academiis, recentioribus cumprimis, plerumque omitti, &, loco illorum, in numerum Studioſorum noviter recipiendis, abſentibus licet, pro pecunia, ab ipſis, Depoſitoribus ſolvenda, publica receptionis Teſtimonia dari ſoleant: Quoad *tertium*, ſatis omninò abſurdum, eoq; majus nefas eſſe videtur, quod ineptis hiſce formulis tam ſtricte, & cum tanto leviſſimè errantium incommodo, inhæreatur, quò longe eſt certiſſimum, quod illæ ipſæ, utpote procul dubio, non tam ad præcavendas fraudes, quæ forſan ab extraneis, circa recipienda munera, poſſent committi, quam potius ad eò melius exercendas ex- & circum- actiones illas, in ſupralaudatis Imperii noſtri Conſtitutionibus tam graviter interdictas, introductæ, in & per ſe conſideratæ, odio magis dignæ ſint, quam favore: quoad *quartum*, poſteriori loco à nobis in medium prolata, potiſſimumque improbata clauſula è diametro repugnat Imperii noſtri

(*oo*) utpote in quibus ſolis, ille, *modo laudato* MEYFARTO, *in dict. Tr. Lib. 1, cap. 17. pag. 144. ſeq. & p. 159.* ac, qui verba ipſius huc ſpectantia, *dict. loc. p. 228. ſeq. & in not. 87. ad Part. 1. §. 94. pag. 166. ſeq.* recenſuit, ſuaque fecit, ILL. THOMASIO teſte, poſt dudùm receptos Depoſitionum ritus, & quidem, quod mirandum, à Theologiæ Studioſis, inchoatus atque continuatus fuit.

ſtri Conſtitutionum diſpoſitioni, *ſuperius* à nobis, *in cap. hujus §. 5. 10. pag. 39. multisque ſeqq.* latiſſime illuſtratæ; *quinti* verò incommoda jammodo *in ſuperioribus* à nobis detecta ſunt, §. nimirum *hujus cap. 1. mq. pag. 21. junct. proximè præced. pag. 20.* & denique quoad *ſextum*, hoc ipſum Magiſtrorum noviſſimorum familitium cum inſigni eorundem damno atque incommodo conjunctum eſt, reique faciliori longe negotio, per conductionem famuli cujusdam communis, eines Zunfft-oder Stuben-Knechtes/ mederi poſſent Opifices; Ita illa ipſa merito abrogari voluit *ſæpe laud. Conclusum in* §. 9. ſequenti verborum tenore: Uber das ſo gehen die Handwercker manchmahls ſo genau/ (*p*) daß ſie die Lehr-Jungen / denen an ihren Lehr-Jahren etwa wenig Tage oder Stunden abgehen / zu dem Geſellen-Stand nicht wollen kommen laſſen: Item, haben ſie bey deren Loß-Zehlungen allerhand ſeltzame / theils lächerliche / theils ärgerliche / und unerbahrliche Gebräuche / als Hoblen / Schleiffen / Predigen / Tauffen / wie ſie es heiſſen / ungewöhnliche Kleider anlegen / auf der Gaſſen herumführen / oder herum ſchicken / (*q*) und dergleichen: ingleichen / ſo haltē ſie auch auf ihren Handwercks-Grüſſen / Läppiſchen Redens-Arten und andern dergleichen ungereimten Dingen / ſo ſcharff / daß derjenige / welcher etwa in Ableg- oder Erzehlung derſelbigen / nur ein Wort oder jota fehlet / ſich alſobald einer gewiſſen Geldt-Straff untergeben / weiter wandern / oder wohl öffters einen fernen Weg zurück lauffen / und von dem Ort / wo er herkommen / den Gruß anders hohlen muß; Wenigers nicht thun die Handwercker in den Geburths-Brieffen / und andern Kundſchafften ſich gewiſſer formularien / worinnen theils unvernünfftige und überflüßige / theils

(*p*) Vel, uti ANT. FABRI Exemplar habet, ſo ſeynd die Handwercker manchmahlen ſo ſcrupulos.

(*q*) quæ ipſa tamen Exempla, à verbo ungewohnliche indè recenſita, fruſtra quæres in Exemplari ANT. FABRI.

theils den Rechten und Reichs-Conſtitutionibus zuwider lauffende Clauſuln einkommen / als in ſpecie, daß desjenigen / welcher ſothane Kundſchafft vorzuzeigen hat / (r) Eltern bey ihrer Hochzeit öffentlich zur Kirchen und Straßen geführet worden / und was dergleichen mehr iſt / gebrauchen / über dieſes auch ſich befindet / daß die Handwercks-Geſellen gemeiniglich des Montages / und ſonſten / auſſer den ordentlichen Feyertägen / ſich der Arbeit eigenmächtig entziehen. (ſ) Welche und all andere dergleichen unvernünfftige / in dieſer Ordnung benahmſete / oder unbenahmſete Mißbräuch und Ungebühr von denen Obrigkeiten ebenmäßig abgeſchaffet / und denen Handwerckern hierinfals nichts geſtattet werden ſolle; Weilen auch theils Orten die jüngſte oder zuletzt auffgenommene Meiſter / von den Aeltern / mit herum ſchicken / auffwarthen / und dergleichen Dienſten / zu ihrem mercklichen Schaden / von der Arbeit gehindert und abgehalten werden / ſolle jede Obrigkeit / damit gedachte junge Meiſter mit ſolchen Verrichtungen nicht zu hart beſchwehret werden / ſich angelegen ſeyn laſſen.

XIII. Sextum abuſum differentia conſtituit, quæ in Opificiorum, Liberalium cumprimis Collegiis, liberos legitime natos inter, atque Legitimatos, & quoad hoſce, iterum deinceps inter eos, qui per Reſcripta Imperatorum, aut, quæ ex horundem authoritate tantundem valent, Comitum Palatinorum Diplomata, vel etiam à Principibus Statibusve Imperii, (t) in

(r) vel, prout in eodem Exemplari legitur, des Producenten.

(ſ) quem ipſum tamen integrum, de diebus Lunæ, aliisque feriis agentem articulum iterum omiſit modocitatum ANT. FABRI Exemplar.

(t) Nam & Hoſce, (utut Illorum, in eo, quem mox *in textu* exhibituri ſumus, *ſæpelaud. Concl.* §. 11. *mo.* procul dubio, ob nondum ſatis illo tempore à Doctoribus inveſtigata Principum Statuumque Imperii Jura Territorialia, nulla prorſus injiciatur mentio:) in Territoriis ſuis, natalibus reſtituere poſſe liberos minus legitime natos, ob ea, quæ cum

in ordinem Liberorum legitimorum relati ſunt, ita obſervari, ut in quibusdam Opificiis non ſolummodo omnes omnino Legitimati, verum & illi quoq; qui ejusmodi femellas in uxores aſſumpſerunt; in quibusdam autem ii tantummodo ab illorum conſortio atq; admiſſione repelli velint, qui, vel quorum uxores ab Imperatoribus aut Principibus

communi ferme Doctorum Schola, *Venerandq. DN. Socer noſter*, D. SCHWEDERUS habet, *in Intr. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. 1. cap. 16. §. 8. & Sect. 2. cap. 14. §. 9. n. V.* extra omnem omnino ſitum eſt controverſiam, quemadmodum & hoc, quod proinde quoque maximus haud dubie, nulloque modo ferendus ſit abuſus, in apertum ſatis Eorundem contemptum, Juriumque Territorialium imminutionem vergens, quando & illa quoque Opificia, quæ Ipſis ſunt ſubdita, ab Iisdem legitimatis aditum ad Collegia ſua præcludere, eoque ipſo peſſimum prorſus exemplum præbere conantur Opificiis in alienis Territoriis ſitis, utpote quæ, ob poteſtatem ejusmodi Principum aut Statuum Legitimantium, ultra Territoria ſua ſemet non extendentem, & deficientem hac in parte Supremorum Imperii noſtri Judiciorum aſſiſtentiam, ad agnoſcendos pro legitimis hoc modo legitimatos, aliter, quam à Superioribus suis, ejusmodi Principibus lubenter adſiſtere volentibus, vi compelli adigique nequeunt, hocque ipſo ſatis evincunt, eò minus indiſtinctè atque ſimpliciter ſubſcribendum eſſe ILL. THOMASIO, *in Diſp. de Uſ. Pract. Doctrinæ Inſtitution. de Legitimatione, cap. 2. in not. ad §. 4. lit. c. pag. 58.* & *in not. ad SEVER. de MONZAMBANO Libr. de Statu Imperii Germanici, cap. 5. §. 27. lit y. p. 476. Edit. noviſſ.* & DN. MICH. HENR. GRIBNERO, *in Diſp. Witebergæ habita, Ao. 1708. ibidemque ſuperiori Ao. 1720. recuſa, de Jure Legitimandi Comitum Palatinorum in Terris Principum Imperii, §. 20. ſeqq. pag. 33. ſeqq.* non ſolummodo Succeſſionis, verum etiam Opificiorum quoque, aliorumque commodorum intuitu, ſatius eſſe exiſtimantibus, ut quis legitimationem impetret ab illo Principe Statuve Imperii, in cujus Territorio bona ſunt ſita, aut quis ad Opificium recipi, aliisve Legitimationis commodis velit gaudere, quàm à Comitibus Palatinis, quò, utut Eisdem, Succeſſionis, aliorumque commodorum, à DN. GRIBNERO, *ibidem, th. 21. ſeqq.* recenſitorum intuitu, adſtipulemur quam lubentiſſime, ratione Opificiorum tamen illud omninò probè

cipibus Statibusve Imperii, vel, quod frequentius fieri ſolet, Comitibus Palatinis, natalium impetrarunt reſtitutionem; Hanc ipſam namque differentiam, ſequentem in modum interdicendam eſſe cenſuit *ſæpelaudatum Concluſum illud, in* § *11.* Demnach auch

animadvertendum eſſe exiſtimamus, quod 1.) Ipſemet DN. THOMASIUS, *in dict. Diſp.* fateri neceſſe habeat, quod in Civitatibus Imperialibus, (quibus hoc ipſum Jus à modolaudato DN. GRIBNERO, *in dict. Diſp.* §. *6. p. 13.* & *14.* ibidemque citato PHIL. KNIPSCHILDIO, *in Lib. 2. de Jurib. Civit. Imper. cap. 4. n. 104.* male omnino denegatum eſſe credimus:) ob rationes peculiares Politicas, alia Legitimatio recepta non ſit, quàm quæ fit à Comitibus Palatinis: 2.) licet, quod aliis Statibus atque Principibus Imperii non deſint remedia, auctoritatem Juraque sua Majeſtaticis analoga in Territoriis ſuis ſufficientiſſimè manutenendi, quin &, quod Legitimationum in Subditis ſuis factarum effectus, tanquam qualitates perſonis cohærentes, jure meritoque & in aliis quoque Territoriis admitti deberent, cum HENR. COCCEJO, *in Prud. Jur. Publ. cap. 23. Sect. 1.* §. *9.* & *in Diſp. de Fundata in Territorio, & plurium Locorum concurrente Poteſtate, tit. VI.* §. *12.* & *14. pag. 60.* & *61.* ILL. DN. BERGERO, *in Oeconomia Juris, Lib. 1. tit. 3.* §. *13. not. 8.* & *in Diſp. Ao. 1708. Witebergæ habita, de Judiciariis Prærogativis Cancellariarum, th. 15.* & MICH. HENR. GRIBNERO, *in Diſp. Lipſiæ habita Ao. 1705. de Jure Legitimandi Principum Imperii, à th. 12. usque ad th. 21.* & *in antelaud. Diſp. de Jure Legitimandi Comitum Palatinorum in Terris Principum Imperii, th. 9. pag. 17.* & *18.* haud confiteamur inviti, ob æmulationes tamen, raraſque Principum Statuumq; vicinorum concordias, cauſam communem ad defendenda Jura atque Regalia ſua eosdem facere plerumque impedientes, eædem planè adeſſe videantur rationes Politicæ in omnibus illis Principibus Statibusque Imperii, qui non ampliſſima, taliaque poſſident Territoria, ut legitimati ab Ipſis, quando Opificium addidicerunt, atque peregrinari tenentur, intra illa ipſa manere queant, neque neceſſe habeant, vicina aliaque deſuper ſalutare Territoria: 3.) Si vel maximè hoc modo legitimati peregrinationem perficere queant intra ſola Legitimantium Territoria, propterea tamen nondum omni ex parte eisdem proſpectum eſſe videatur, quoniam, utut Opi fices in Territoriis Legi-

auch öffters vorkommen/ daß bey denen Handwerckern/ inſonderheit denen ſo genannten geſchenckten/ ein Unterſchied wolle gemachet werden/ zwiſchen denen unehelich erzeugten Kindern/ welche durch nachfolgende Ehe/ und denen/ ſo von Käyſerl. Majeſtät/ (u) oder ſonſten aus Käyſerl. Macht legitimirt worden/ alſo/ daß (w) theils Handwercker auch diejenige/ welche auf ſolche Weiß legitimierte Weibs-Perſohnen heyrathen/ (x) nicht paſſiren laſſen wollen/ ſo ſolle erſtgemeldter Unterſchied auff-

timantium ſiti pro legitimis agnoſcant hoc modo legitimatos, advenientes tamen Socii unà cum iisdem in Officinis multo difficilius, quam cum legitimatis à Comitibus Palatinis, (utpote ob auctoritatem, ex qua illorum Legitimationes, prout *in textu* dicimus, dijudicandæ ſunt, Imperatoriam, per univerſum Imperium ſemet extendentem, & contra eos, qui ejusmodi legitimatos pro legitimis agnoſcere recuſant, per Mandata ſine Clauſula, atque Citationes, ad videndum ſe incidiſſe in pœnas, Comitum Palatinorum Privilegiis inſertas, à Judicio Camerali, atque Imperiali Aulico, nullo non tempore, ad inſtantiam hoc modo legitimatorum, vel ipſorum quoque Palatinorum Comitum, defendi ſolitam, faciliori hactenus negotio pro legitimis ab ipſis agnitis:) operaturi, &, ſiquidem ad hoc ipſum adigi velint, diſceſſum inſtituturi, adeòq; deinceps diffamaturi ſunt loca illa, ut nullus ferme peregrinus ſocius eò amplius ſit adventurus & denique 4.) varia nobis in promptu ſint exempla, ubi non ſolummodo à Principibus Statibusve Imperii legitimati, ſtatûsque ſui controverſiam nihilominùs deinceps paſſi, poſtmodum à Comitibus Palatinis prioris Legitimationis confirmationem rogaverunt, ſed & ipſi illorum Collegiorum Conſiliarii, in quibus ejusmodi Legitimationes fieri ſolent, illis, qui natalium reſtitutionem ibidem quæſierunt, authores atque suasores fuerunt, Palatinos potius Comites deſuper adeundi.

(u) ſive, uti ANTONII FABRI Exemplar legit: ſo per ſubſequens matrimonium, und denen/ ſo Reſcripto Cæſaris:

(w) vel, ut idem Exemplar habet: ſo dann auch:

(x) ſive, prout *ibidem* legitur: Welche unehelich gebohren/ aber entweder Reſcripto Principis, oder ſonſten aus Käyſerlichen Mächten legitimirte Weibs-Perſohnen zur Ehe nehmen:

auffgehoben ſeyn/ und die auff erſtbeſagten einen oder andern Weeg legitimirte Manns- und Weibs-Perſohnen/ wegen Zulaſſung zu den Handwerckern/ einander gleich geachtet werden. *(y)* Utut autem, an inter abuſus referendus ſit hic ipſe mos Opificum, eapropter haud dubitare poſſes immerito, quoniam, uti 1.) ex SPECULI SAXONICI *Lib.* 1. *Art.* 37. *(z)* iisque, quæ paulo plenius demonſtravit DN. HEINECCIUS, *in Diſſ. de Levis nota macula*, §. 34. *pag.* 60. *ſeqq.* abundè pateſcit, quod apud Germanos Veteres, *(a)* Spurii, aliique extra matrimonium pro-

(y) vel, ut *ibidem* dicitur: als die per ſubſequens matrimonium legitimati geachtet und gehalten werden.

(z) utpote in quo ipſo, alle die unehelich gebohren ſeynd/ dicuntur eſſe rechtloß/ i. e. prout ex HEINECCII *Diſſ. de Lev. not. mac. ſupra* obſervavimus, in *cap. huj.* §. 5. *pag.* 40. & prout ulterius patet ex iis, quæ habent ILL. THOMASIUS, *in Coroll.* 8. *Diſſ. de Exiſtimat. Fama & Infamia extra Rempubl. adjecto:* PAUL MATTHIAS WEHNERUS, *in Select. Obſerv. Pract. voce* Echt und Recht: & B. DN. BURGERMEISTER, *in Explicatione* der alten Teutſchen Wörter/ *Tom. I. Corpor. Jur. Publ. & Priv. infin. adjecta, voce* rechtloß: infames.

(a) non, uti quidem DN. THOMASIUS, utpote in imputationibus contra Clericos, in Scriptis ſuis, cœteroquin extra omnem controverſiam eruditiſſimis, nimis profecto ſæpemet liberalis, tam in *Coroll. XI. modo cit. Diſſ. adjecto*, quam in *not. ad tit. Inſt. de Nuptiis, pag.* 47. exiſtimat, ob doctrinam Clericorum, Jurisque Canonici, de Sacramento matrimonii, ſed, cùm hoc ipſum Jus, non ſolummodò, (ob Speculi Saxonici collectionem, prout nemini non conſtat, ante recepta in Germania noſtra Jura Canonica factam:) Juris Canonici receptione, ſed &, (ex eadem partim ratione, partim verò & vel maxime ob ea quoque, quæ ex LUDOVICI PII *Capitularibus*, modo laudatus DN. HEINECCIUS, obſervavit, in *dict. Diſſ. th.* 34. *p.* 61.) ipsâ quoque hâc doctrinâ, utpote, quatenus quæſtio eſt de proprio Sacramenti vocabuli ſignificatu, ne ipſo quidem ROBERTO BELLARMINO, in *Lib. unic. de Matrimonii Sacramento*, (*in Tom.* 3. *Ejusd. Diſputationum de Controverſiis Chriſtianæ fidei, pag.* 1284. *multisque ſeqq. Edition. Pariſienſ. de Ao.* 1608. *extante,*) *cap.* 4. *pag.* 1296. diffiteri valente, ultra quingentos ab ipſo, atque ſexcentos & quod excurrit, ab-

progeniti liberi, ſecus ac apud Romanos quondam, (*b*) pro perſonis infamiæ macula laborantibus habiti: 2.) vel ex iis, quæ apud JOACH. MYNSINGERUM *in Cent. 4. Singular. Obſervat. Imper. Cam. Obſ. 31.* PETR. HEIGIUM *in part. 1. Quæſt. Jur. Civ. & Sax. qu. 21.* JULIAN. MAGENHORSTIUM *in Comment. ad Ordinat. Judicii Cameræ Imperial. p. 3. t. 2. §. 2. verb.* auch rechter natürlicher ꝛc. *pag. 4.* BEN. CARPZOVIUM *in P. 1. Def. For. C. 16. d. 71. & P. 3. C. 10. d. 10. in P. 2. Dec. Illuſtr. Dec. 111. n. 9. & 10. & in L. 2. Jpr. Eccl. tit. 14. n. 5.* aliosque leguntur, ſatis ſuperque perſpicum redditur, quòd à multis quoque Doctoribus iisdem hæc ipſa macula quondam adſperſa, eamque propter etiam aditus ad honores, dignitates Collegiaque Opificum denegatus: 3.) jam à B. JOH. NIC. HERTIO *in Diſp. de hominib. propriis Sect. 3. §. 3. pag. 169. Vol. 1. Opusc. Tom. 2.* obſervatum, quòd iidem hominibus propriis olim accenſiti, eoque quod in multis regio-

O nibus

hinc annos, anteq; Pariſienſis Epiſcopi, PETRI LOMBARDI, Sententiarum Magiſtri communiter dicti atque poſt medium Seculi XII. florentis tempora, nondum univerſaliter inter Pontificios receptâ, longe antiquius eſſe videatur, ob ſummum potiùs atque antiquiſſimum eorundem caſtitatis pudicitiæque ſtudium.

(*b*) utpote à quibus iidem, utut natales ipſorum minus legitimi ſorsque naſcendi infelix, patrem legitimum demonſtrare ipſis prohibens, una cum Parentum vitiis atque delictis àdicacibus cumprimis hominibus haud rarò ipſis exprobrata fuerint, neque ta. pro levis notæ macula proprie ſic dicta laborantibus hominibus habiti, neque etiam ab honoribus aut dignitatibus excluſi fuerunt, id quod jam ante nos, partim ex *L. 3. §. 2. & L. 6 pr. & §. 3. ff. de Decur.* partim verò aliunde quoque recte obſervarunt GABR. PALÆOTUS *in Tract. de Nothis Spuriisque Filiis cap. 55. num. 7. 14. & ſqq. junct. cap. 56. num. 4. ſeqq* ILL. THOMASIUS *in antelaud. Diſp de Uſ. Pract. Doctr. Inſt. de Legit. cap. 1. §. 3. p. 3. & in ſubject. not. lit. d. pag. 4. ſeqq.* & noviſſime, contra ZACH. HUBERUM, *in Caſib. Enucl. Qu. For. qu. 3. §. 8. ſeqq. pag. 60. ſqq.* quoad levis notæ maculam contrarium defenſitantem, DN. HEINECCIUS *in dict. Diſp. th. 32. pag. 56. & 57.*

nibus ad Imperatores pertinuerint, Königs-Kinder nuncupati: 4.) modolaudatum SPECULUM *dict. loc.* (*c*) luculenter admodum evincit, quod legitimationum fictiones, tam quatenus (*d*) ut modi conſiderantur Patriæ Poteſtatis atque filiationis jura inducendi, quàm quatenus (e) pro viis mediisque habentur famam hominum opinione quodammodò imminutam recuperandi, iisdem majoribus noſtris, ante recepta exotica Jura, æque ac ipſis quondam Romanis ante Imperatorum Chriſtianorum tempora, (f) prorſus incognitæ: & denique 5.) ex doctrina, quòd Spuriorum aliorumque minùs legitime natorum Liberorum legitimationes Alchimiæ, quæ apparere faciat quod non eſt, legitimati autem ipſi hominibus à vulnere quodam in facie illato ita, ut ſemper aliquæ cicatrices in ipſis remaneant, medicatis aſſimilentur, proindéque etiam, utut legitimorum ordini addicantur, de facto tamen infames maneant inter bonos gravesque viros, à JOACH. MYNSINGERO, JUL. MAGENHORSTIO *dd. ll.* atque NIC. MYLERO ab EHRENBACH *in Gamolog. c. 25. th.* 10. propoſita, plus quam facilè eſt ad intelligendum, quod ne horum quidem Doctorum temporibus tantus fictionibus iſtis datus

(*c*) in verbis: nimmt er ſie (ſtupratam ſcil.) darnach zu der Ehe/ eheliche Kinder gewinnt er nimmermehr bey ihr.

(*d*) uti de Jure Civili Romano:

(*e*) præter Jus Civile Romanum, (utpote ſecundùm quod Legitimationes propterea hunc non producebant effectum, quoniam, prout *in præc. not. ſub lit. b.* commonitum fuit, nulla ejusmodi Liberi infamiæ levisve notæ macula laborarunt, proindéque etiam nulla prorſus famæ recuperatione opus habuerunt) ex Canoniſtarum traditis, vid. DN. THOMASIUS *in dict. Diſp. cap. 2. §. 2. p. 48. & not. adject. lit. b. pag. 49. ſeq.*

(*f*) utpote quibus ipſis nullam omnino Legitimationis ſpeciem antiquiorem eſſe, fuſius oſtendimus *in Diſp. ſuperiori Ao. 1723. edit qua Legitimatio per Reſcriptum Principis JUSTINIANO Imper. tanquam Autori atque inventori vindicatur.*

datus fuerit locus, quantum equidem aliàs eisdem nunc dare ſolent Doctores; Ita Opifices ejusmodi Legitimationes inſuper habendo egregios plane Conſervatores agere videntur morum Germanicorum antiquiorum, quorum tamen à CONR. SINCERO, ſeu potius JOH. GE. KULPISIO *in Diſſ. Epiſtol. de Germanar. LL. Veter. ac Rom. Jur. in Republ. noſtra Origine authoritateque præſenti* §. 25. & 50. JOH. SCHILTERO *in Ex. ad Pand. l. in not. ad* §. *11. lit. a. junct. Ex. XII.* §. *11.* SAM. STRYCKIO *in Diſc. Prælim. ad Us. Mod. Pand.* §. *28. & 31.* DN. CHRIST. THOMASIO *in not. ad model. Diſſ. Epiſt.* §. *25. num. 13. in not. ad SEV. de MONZAMB. cap. 5. pag. 419. in Diſp. d. rite formando ſtatu controverſiæ: An LL. Jur. Juſtin. ſit frequens an exiguus Uſus Pract. in For. Germ.* §. *1. & paſſim & in Diſp. de Morum cum Jure ſcripto contentione th. 62. pag. 76. & 77.* CASP. HENR. HORNIO *in Ipr. Feud. c. 1.* §. *32. & in Diſp. Witeb. hab. Anno 1702. ibidemque ſuperiori Ao. 1718. recuſa de Prærogativa Morum Germaniæ in concurſu cum LL. receptis Sect. 1.* §. *maxime 16.* HENR. ERN. KESTNERO *in Probl. Jur. d. Autorit. Spec. Sax. & Suev.* §. *6. ſeqq.* AUG. LEYSERO *in Collat. 1. priſci Jur. Sax. cum Jur. Rom. & morib. hodiern. Witeb. edit. Anno 1709. th. 4. in fin. & ſeqq.* MART. FOERSTERO *in Diſp. ſub Præſidio DN. EVCH. GOTTL. RINCKII Altd. hab. Anno 1715. de Spec. Sax. fonte Jur. Sax. commun.* §. *14. & 19.* & noviſſime à DN. JOH. GODOFR. KRAUSIO *in Progr. Invitat. ad Orat. auſpicator. Prof. Jur. Saxon. Ordin. Witeb. ed. Anno 1722.* aliisque, tantam venditari conſtat autoritatem utilitatemque, ut illi ipſi non ſolùm in concurſu atque colliſione cum receptis peregrinis Juribus, hisce præferendi, ſed & vel maxime unà cum duobus eosdem exhibentibus atque tradentibus SPECULIS illis, SAXONICO nempe atque SUEVICO, in uſum revocandi ab iisdem dicantur; Hisce tamen omnibus ac ſingulis non obſtantibus, & huncce Opificum morem haud levem inter alios abuſum conſtituere, proindéque etiam tam *in ſupracitato ſæpel. Concluſi*

Commun. §. *XI.mo* quàm jam ante *in ſæpedict. Deſignat.* mehrfacher Mißbräuche *die 18. Jul. A. 1669. in Comitiis Ratisbon. dictatæ* § *8.* jure meritoque reprobatum damnatumque fuiſſe, ex ſequentibus potiſſimùm exiſtumamus rationibus; quoniam ſcil. 1.) conſtat, quod, etiamſi adhuc hodie non ſolùm ab Electoribus Palatinis, ex Privilegio MAXIMILIANI I. Imp. d. d. Aug. Vind. 3. Sept. A. 1518. tam ab AUTORE *Juſtitiæ Cauſæ Palat. part. 1. c. 3. §. 1.* atque JOH. CHRIST. LUNIGIO in des Teutſchen Reichs-Archivs *Part. Spec.* vierter Abtheil. erſtem Abſatz *num. 247. pag. 642. & 643.* quàm pro parte etiam à DN. HENR. HILDEBRANDO *in Diſp. Altd. hab. Anno* 1717. *de Jure Wildfangiatus Sereniſſ. Electori Palat. proprio c. 2. §. 5. pag. 20. ſeq.* exhibito multorumque Imperatorum ſubſequentium confirmationibus à modo laud. AUTORE *Juſt. Cauſ. Pal. dict. p. 1. c. 3. & 4.* fruſtatim vulgatis comunito, quin, cum ibidem mentio fiat antiquioris gratiæ atque Privilegii, ex jure abhinc vetuſtiorib⁹, & quidem juxta CONR. SAM. SCHURZFLEISCHIUM *in Diſp. Quid expediat Imperio LXX. Oper. in not. ad §. 10. lit. bb. pag. 941.* LUDOVICI BAVARI Imp. temporibus quæſito, omnes Baſtardi, in ipſorum proximéque vicinis quibusdam Territoriis nati, tanquam Wildfangii hominesque proprii, unà cum eorundem absq; legitimis liberis aut deſcendentib⁹ aut juſto rito atq; valido teſtamento decedentium hereditatib⁹ fiſco Electorali vindicari ſoleant, juxta *Ordin. Prov. Elect. Pal. tit. 5. fol. 57.* eaque, quæ habent HENR. COCCEIUS *in Prud. Jur. Publ. c. 14. §. 14. p. 263. & Vener. DN. Socer.* ILL. SCHWEDERUS *in Intr. ad Jus Publ. P. Sec. S. 2. c. 5. §. 22. & in Diſp. d. Sereniſſ. Comit. Palat. Rheni ſingularibus Jurib. ac prærogativ. præcip.* § *25. p. 48.* ſed & in Landgraviatu Nellenburgenſi, AD. KELLERO *in Lib. 2. de Offic. Jur. Pol. c. 13. §. 10. p. 431.* & HERM. LATHERO *in Tr. d. Cenſu L. 2. c. 8. n. 18. p. 360.* teſtantibus, minus legitimè natorum bona, tanquam ereptitia, fiscus auferat, nihilo tamen minus ubique fere in Germania noſtra antiquior illa opinio de Spuriorum aliorumque Liberorum illegitimè natorum

torum infamia noſtro ævo penitus ferme evanuerit, atque ejusmodi liberis à pleriſque & tantum non omnibus Doctoribus non niſi levis notæ macula, utut absque ſufficiente Juris fundamento, adſpergatur: 2.) Nulla prorſus ratione, ne ab ipſo quidem DN. THOMASIO *in dict. Diſp. d. Uſ. Pr. Doctr. Inſt. d. Legit. c. 2. §. 1. p. 46.* negari poteſt, quod, licet Juris Juſtinianei tradita tam quoad legitimationem per ſubſequens matrimonium, per opinionem illam de Sacramento matrimonii, quàm quoad Legitimationem per Reſcripta Principum in eo haud parum immutata fuerint, quod hæc ipſa hodie ut plurimum ad effectum famæ hominum quorundam opinione quodammodo pro læſa habitæ reſtitutionem fieri ſoleat, quin & quæ de Jure Civ. Romano obtinebat, legitimatio per oblationem Curiæ in rerum præſentia prorſus incognita ſit, de priorum tamen duarum ſpecierum uſu moderno ipſamet quotidiana teſtetur experientia: Hisce ipſis autem poſitis, 3.) plus quam in propatulo eſt, veterem illam Germaniæ conſuetudinem, quæ & Spurios pro infamibus habuit, & Legitimationum neſcia fuit, eo minus hodienum allegari poſſe, quo non ſolum ipſimet ſupralaudati defenſores ſententiæ illius, de morum antiquiorum, in illorum cum Jure Juſtinianeo atque Canonico concurſu, præferentia, eandem ceſſare concedunt atque concedere non poſſunt non, quando Jurium horum à moribus iſtis diverſorum facta receptio poteſt doceri, ſed & ſi vel maxime de eadem, quoad hancce materiam in ſpecie, non conſtaret, vetuſtæ tamen conſuetudinis illius hodiernam obſervantiam aſſerenti ideo proculdubio ejusdem incumberet probatio, quoniam, uti una ex parte longe eſt certiſſimum, quòd per peregrinorum illorum Jurium receptionem, à Doctoribus atque Cauſidicis contra primam licet eadem in Territoria ſua introduci patientium Principum ac Statuum Imperii intentionem, ſenſim ſenſimque nimium quantum extenſam, adeo obliteratæ ſint in pleriſque Germaniæ noſtræ terris atque Provinciis, quoad plurima

capita, veterum Germanorum conſuetudines, ut tractu temporis, usque ad HERM. CONRINGII, CONR. SINCERI, ſive ut antea diximus, JOH. GE. KULPISII, JOH. SCHILTERI, CHRIST. THOMASII aliorumque recentiorum Doctorum tempora, de SPECULO SAXON. atque SUEVICO imprimis, easdem juxta modo dicta continentibus, quantum imprimis vim ibidem recenſitorũ Juriũ atq; Conſuetudinum legalem attinet, parum amplius aut nihil fere in Foris & Cathedris exauditum fuerit, neq; etiã, quantacunq; licet opera SPECULORUM iſtorum revocationẽ aliis perſuadere adniſi fuerint adhucve nitantur ſupra laudati Autores, eandem adeo mox in hisce præſertim oris ſubſecuturã eſſe, rebus ſic ſtantibus, & poſtquam noviſſimè demum præſentem SPECULI SUEVICI non uſum latiſſime oſtendit infinitisque præjudiciis edocuit *Excell. Tubingenſium olim, nunc Kilonienſium Prof.* DN. STEPH. CHRISTOH. HARPPRECHTUS *in Tract. ſuperiori demum Anno 1723. Kilonii edit.* cui tit. *Speculi Suev. & præſertim Jur. Feud. Alamann. in Foris Vicariat. Suevo Franconico-Palat. non uſus modernus*, ulla ratione probabile, è contrario autem vero plus quam ſimile eſſe videatur, ILL. THOMASIUM in vaticinio ſuo, quod, ſi non intra decem, ad minimum tamen intra viginti annos, Profeſſores in Germaniæ noſtræ Academiis publicas commentationes atque prælectiones in SPECULA illa inſtituturi ſint, **in ſeinen Anmerckungen über D. Melchiors von Oſſe Teſtament gegen Hertzog** *AUGUSTO*, **Churfürſten zu Sachſen** *ꝛc.. not. 177. p. 389.* propoſito, poſtquam non ſolummodo poſt editas hasce annotationes, publicarum prælectionum intuitu, *(ff)* plus quam integrum luſtrum incaſſum fere præterlapſum, ſed & conſilium iſtud de SPECULORUM illo-

(ff) Notas en. atque Commentationes in SPECULUM SAXON. elegantiori inſimul ſtylo German: donatum jam *Anno ſuperiori 1720. Halæ Magd.* à B. Hallenſium primùm poſtmodum vero Gieſſenſium Prof. famigeratiſſ. JAC. FRID. LUDOVICI editas eſſe, nosmet latere poteſt vel mimine.

illorum reductione, tam ob ineptam eorundem ad mores noſtros hodiernos applicationem, quàm ob complures alias cauſas, vanum prorſus atque fruſtraneum eſſe, egregie admodum demonſtratum à DN. CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANNO, *Fautore ac Amico noſtro Honoratiſſ. in Spec. Conjectur. Polit. de Orig. & Nat. LL. Germ. Priv. antiquar. earumque ad ſtatum præſentem Prov. Germ. inprimis ad terras Proteſt. habitu Sect. VI. c. 3. §. XI. & ſeqq.* atque AUTORE *Diatrib. Hiſtor. Jur. de Receptione Jur. Rom. ejusdemq; ac LL. Germ. vet. uti & Sax. ac Suev. Spec. in foris uſu auctoritateque præſenti Sect. 3. §. 7. ſeqq. p. 53. ſeqq.* ni ipſemet tale quid faciat fierive curet, aut, quæ nuperrimo demum Anno 1722. à Potentiſſ. Saxoniæ Electore Witebergæ noviter inſtituta eſt, ordinaria Juris Saxon. profeſſio efficiat, ut ſpes ipſius hac in parte adimpleatur, minus fauſtum fore haruſpicem; ita ex altera parte jam dudum à nobis *in Diſc. Jurid. de Figmento Tutelæ Pactitiæ ſ. Conventional. Membr. 2. §. 1. p. 20.* quin & ab ipſomet parum ſibimet hac in re conſtante SAM. STRYCKIO *in dict. Diſc. Præl. §. 31. & 33.* edoctum fuit, quòd in univerſum quilibet in antiquioribus illis Conſuetudinibus ſemet fundans, ob ante recenſitam Jurium eisdem contrariantium juniorem receptionem, legislationis vi haud dubie gaudentem proindéque etiam partis adverſæ ad eadem provocantis intentionem omninò fundatam reddentem, ante omnia hodiernam illarum obſervantiam probare teneatur: & denique 4.) ſtante hac ipſa de moderno Legitimationum uſu atque effectu veritate, is ipſe non poteſt non & in Collegiis Opificum ſemet exſerere locumque habere, atque eo ipſo efficere, ut, ſi vel maximè Statutum quoddam peculiare adeſſet vel non niſi legitime natos admittens vel etiam legitimatos diſerte inde excludens, neque tamen in priori caſu legitimati per illud excluſi cenſeri, neque in poſteriori illud ipſum ullius valoris eſſe deberet, vid. MATH. STEPHANI *in Lib. II. de Jurisd. part. 2. c. 8. n. 40. ſeqq.* BEN. CARPZOVIUS *in P. 2. Def. For. C. 6. D. 12. & 16.*

MA-

MATHIAS BERLICHIUS *in P. 2. Dec. 299.* DAV. MEVIUS *in Comment. ad Jur. Lubecc. Part. IV. tit. 13. art. 3. n. 40. pag. 843. a. & in addition. ad num. 39. pag. 847. a. in fin. & b. princ.* JOACH. SCHEPLIZ *ad Conſuet. Brand. p. 4. tit. 15. qu. 1.* & ADR. BEIERUS *in Tr. de Tyrone Opif. c. 5. §. 10. & ſeqq. n. 210. ſeqq.* quum procul dubio valde ſit abſurdum, ut, cùm Legitimati per ſubſequens matrimonium, ſi ex opinione JOH. HARPPRECHTI *in Comment. ad Inſt. §. ult. de Nupt. n. 31. ſeqq.* &, prout ob locutionum generalitatem videtur, JOACH. MYNSINGERI quoque atque JUL. MAGENHORSTII *in citt. ll.* nec non JAC. BLUMII *in Proc. Cam. tit. 7. n. 31.* ſemet in *Ordin. Cam. Part. 1. tit. 3. §. 2.* verbis: auch rechter/ natürlicher/ ehrlicher Geburt fundante, aſt per id, quod juxta tradita B. LAUTERBACHII *in Coll. Pand. Theor. Pract. ad tit. de his qui ſui vel al. Jur. ſunt §. 25.* SAM. STRYCKII *in Uſ. Mod. ad eund. tit. §. 9.* HENR. LINCKII *in Diſp. de Literis Natalitiis cap. 3. §. 6.* ADR. BEIERI *in Tr. de Advocat. Opific. cap. 32. §. 12. n. 1847. ſeqq. p. 330.* aliorumque, non ſolummodo hujusmodi Liberi ſub nomine der ehelich gebohrnen und vollbürtigen Kinder veniunt, ſed & illis ipſis in iisdem plane terminis literæ natalitiæ conceduntur, in quibus eædem liberis ab initio ſtatim legitimè natis concedi ſolent, adhucdum valde dubiâ, ſolam Aſſeſſoratus in Camera Imperiali dignitatem excipias, in omnib⁹ plane & per omnia: ii verò, quib⁹ ab Imperatore, Principe aut Comite Palatino conceſſa eſt natalium reſtitutio, quoad dignitates ſaltẽ, excepto modo laudato Aſſeſſoratus & penes Pontificios, Sum̃o Pontifice non diſpenſante, Epiſcopatus faſtigio, in totum fere Liberis legitime natis exæquentur, iidem tamen reſpectu habito ad Opificiorum, etiam viliorum, Collegia deterioris hiſce conditionis eſſe debeant, atque lepida ſatis ſit reſponſio, quam Vietor quidam interrogatus, cur Vietores in Collegium ſuum recipere recuſent legitimatos per ſubſequens matrimonium, cum tamen

aditus

aditus iisdem pateat ad omnium omnino dignitatum portas? juxta *ſæpelaud. Deſignat.* mehrfacher Mißbräuche §. 19. hunc in modum dedit: Ob ein ſolcher auch ein groſſer Herr werden könne ſo ſoll er doch kein Schäffler nicht werden/ i.e. ſtare hac in parte pro ratione voluntatem Vietorum.

XIV. Qui *in ſæpecit. Concluſo Communi* eos inter abuſus, quos ad ductum Imperii noſtri Conſtitutionum in ſuperioribus nondum conſideravimus, ſeptimo loco occurrunt, in magnis minusque neceſſariis impenſis conſiſtunt, Magiſterii Candidatis circa Speciminum artis elaborationem creari, multisque controverſiis iisdem circa illa ipſa ſpecimina obmoveri ſolitis; dum nimirum 1.) permultis in locis atque Opificiis Candidatis iſtis talia artis ſpecimina elaboranda imponuntur, quorum non tantum elaboratio mirum in modum difficilis atque diuturna eſt ac nonnunquam integri fere anni ſpatium requirit, ſed & præterea nullus pene hodienum amplius ſupereſt uſus, & quorum pleraque, cùm ab aliis, niſi vel miſericordia in Neo-Magiſtrum, vel nimio antiquitatis atque curioſitatis ſtudio ductis, difficulter admodum emantur, ipſimet Candidati ut plurimum retinere atque in triſtem olei ac operæ in eorundem elaboratione perditæ memoriam aſſervare coguntur: e. gr. Sartoribus veſtimenta, quibus ante ſeculum ætas antiqua utebatur; Sutoribus calcei aut ocreæ ad formam vetuſtiſſimam parati paratæve; Bibliopegis librorum vilium atque obſoletorum ſumptuoſa ſatis inſolitaque interdum compactio; 2.) iidem Candidati, ubi in ſpeciminum illorum elaboratione occupati ſunt, vel ſingulis diebus uni, duobus pluribusve ex Magiſtrorum ordine ipſos eum, ut ajunt, in finem viſitantibus, ut omnia ſincere & ex fide fiant, omnes cum aliis colluſiones evitentur, neque Candidati alieno vitulo arent, ſed omnia proprio marte elaborent, aliquot vini, aut ubi id ipſum nimis eſt carum cereviſiæ cantharos unà cum pane & caſeo: vel etiam aliquibus in locis, hujusce rei loco, poſt finitum opus magiſteriale, omnibus illis, qui in ejusmodi ſpeciminis luſtratione oc-

cupati fuerunt, conjunctim Epulum quoddam Elaboratorium ſeu probatorium, ein Materi-Eſſen/ (g) præter convivium circa ſpeciminis exhibitionem Primiceriis, denen Führern / Kertzenmeiſtern / atque Commiſſario à Magiſtratu, ne duriùs quàm par eſt nimisque rigoroſe à Primiceriis iſtis operis fiat cenſura, multis in locis illis adjungi ſolito dandum, præbere tenentur; 3.) Cenſores Operis ſ. Speciminis maxima plerumque cum æmulatione ſummoque cum livore atque ita ſuam perficere ſolent cenſuram, ut non ſolùm ſiquidem alicui candidato in exhibendo ſpecimine illo, præter culpam ſuam, infortunium quoddam contingat, eundem, utut de capacitate ipſius aliunde ſatis ſuperque conſtet, aut plane non admittant pro illa vice ad Magiſterium, mendam ipſi ex æquitate atque benignitate vel gratis condonando, vel ex more aliàs ipſis conſueto pecunia quaſi ſarcire atque redimere permittendo, ſed, prout exemplum docet ab ADR. BEIERO *in modo cit. Tr. c. 8. §. 6. n. 234. pag. 84.* recenſitum, etiamſi menda illa vel in unico tantum conſiſtat levioriſque ſit momenti, novum plane ſpecimen, & quidem poſt dimidii demum vel integri, quin & duorum interdum annorum ſpatium, vel in eo ipſo loco operando, vel etiam ulteriori peregrinatione terendum, denuò elaborare cogant; aut admiſſum magna nimis atque inproportionata pœna afficiant; Sed &, ſi vel maxime ſpecimen optimè ſit elaboratum atque irreprehenſibile, ne quis tamen de plena omnibusque numeris abſoluta operis ſui perfectione & de mulcta aut pœna non ſoluta gloriari queat, varios cerebrinos conquirunt nævos mendasque emendâ quadam redimendas, vel in certa aliqua vini aut cereviſiæ quantitate, vel etiam in pecunia numerata, in priorem tamen materiam plerumque liquefieri redigiquè ſolita, conſiſtente: & denique 4.) ii, qui ſemel alicubi editis ſpeciminibus Magiſterium adepti aliorſum transferunt fortunarum ſuarum ſedem, ibidemque in numerum

(g) juxta ADR. BEIERUM *in Tr. de Magiſtro Opific. c. 9. § 5. n. 283. p. 100.* ab actu elaboratorio, materiren ipſis dicto, ita nuncupatum:

rum Opificum adoptari cupiunt, ad idem plane ſpecimen vel denuò perficiendum atque reiterandum, vel, prout inter alia ex Statuto Fabrorum Jenenſium, cujus mentionem facit ADR. BEIERUS *in dict. Tract. cap. XI. §. 4. n. 391. p. 136.* patescit, certo quodam pretio redimendum adigi conſueverunt; Hæc ipſa enim omnia ac ſingula inſtituta, jam antea quoque *in ſæpecit. Deſign.* mehrfacher Mißbräuch §. 11. & 13. pro parte indicata, *in dict. Concluſi commun:* §. *XII.mo.* verbis hisce ſequentibus, inſimul medelam quoque contra illa adhibendam continentibus: Gleich, wie auch mit mancher Handwercks-Geſellen verſpürtem groſſen Schaden und Ruin, genugſam bekant iſt / daß dieſelbe zum theil ſo wohl wegen Verfertigung (*h*) unterſchiedlicher gantz ungebräuchlicher koſtbahrer und unnützlicher (*i*) Meiſterſtück / als darbey excedirender unnöthiger Unkoſten / in Zehrung und Mahlzeiten / ſo bey Verfertigung und Vorzeigung der Stücken / die Meiſter / Führer / und theils Obrigkeiten ſelbſten machen und verurſachen / in mehr Wege beſchwehret werden; (*ii*) Alſo ſolle eines jeden Orts Obrigkeit die Diſpoſition überlaſſen werden / nach dero Gut-Befinden / ſelbige abzuſchaffen / und ins künfftig vor dergleichen unnützliche Meiſterſtück / wo ſich ſelbige befinden / andere mehr nutzliche zu verordnen / auch auf ſolche (*k*) und nicht

P 2 (*l*) den

(*h*) ſive, uti ANT. FABRI, JOH. CHRIST. LUNIGII atque B. BURGERMEISTERI Exemplaria habent, wegen mach- und verfertigung:

(*i*) utut enim duo hæc verba und unnützlicher, deſint Exemplari ab ANT. FABRO exhibito, ea ipſa tamen in AUTHORIS *Meditat. ad Inſtr. Pac. Weſtph.* DN. LUNIGII atque DN. BURGERMEISTERI deprehenduntur:

(*ii*) vel, ut in ANT. FABRI Exemplo legitur: von denen Meiſtern, Führern, und theils Obrigkeiten ſelbſten gemacht und verurſacht werden:

(*k*) ſive, prout modolaudatum Exemplum habet: alſo ſolle eines jeden Orts Obrigkeit ins künfftig vor dergleichen unnützliche Meiſterſtück, wo ſich ſelbige befindē, andere gleichmäßige, und mehr nutzliche verordnen, auch darauff ꝛc.

(l) den Handwerckern ſelbſt beliebige ungewiße Stücke die Meiſterſchafft ertheilen / ſo dann ingleichem von beſagten Obrigkeiten vorberührte unnöthige Unkoſten und Exceſs durch ſchleunige und heilſame Pœnal Verordnungen moderiren / verändern und nach Billigkeit einrichten / (m) auch dafern das Handwerck ſolch gemachtes neue Meiſterſtück um deßwillen / daß es denen vor dieſem üblich geweſt / wiewohl unnützbahren Meiſterſtücken nicht gleich iſt / verwerffen wolte / alsdann von Ampts wegen vorgreiffen / und denn nichts deſto weniger zu der Meiſterſchafft / wann er in andere Wege darzu tüchtig erfunden worden / kommen laſſen; da aber auch ſonſten zwiſchen den Meiſtern und demjenigen / welcher ein Meiſterſtück verfertiget / Streit und Irrung vorfiele / ob ſolches recht und gut gemacht ſeye / ſoll zu der Obrigkeit Willkühr ſtehen / daſſelbe nach Gelegenheit der Sachen / eines andern Orts unintereſſirten Handwercks / Cenſur zu untergeben / oder in andere Wege zu entſcheiden: und ſolle derjenige / welcher an einem andern Ort einmahl ſchon das Meiſterſtück gemacht / und Meiſter worden / auch darum aufzulegen hat / wann er ſich an einem andern Ort ſetzen will / daſelbſten ohne machung eines neuen Meiſterſtücks / (es wäre dann daß des Orts Obrigkeit aus erheblichen Urſachen ein anders nothwendig befinde) gleichfalls paſſirt werden: & quidem eò majori cum jure, reprobata eſſe conſpicimus, quò, utut pro *prioris* inſtituti defenſione illud omnino obmoveri poſſe videatur, quòd antiquiorum illorum ſpeciminum elaborationes vel in recordationem antiquitatis vel pro præcautione quadam in futuros eventus, quibus dudum abolita haud rarò reſuſcitari

(l) ita enim loco verborum und mit, in DN. LUNIGII & BURGERMEISTERI Exemplaribus obviorum, legendum eſſe, & omnia antecedentia ſubque ſequentia ſuadent, & firmiùs evincunt antelaud. AUTHORIS *Medit.* atque ANT. FABRI Exemplaria diſerte ita loquentia:

(m) vel, uti ANT. FABRI, DN. LUNIGII atque B. BURGERMEISTERI Exemplaria dicunt: die Meiſterſchafft ertheilet, ſo dann ꝛc. moderiret, verändert und nach Billichkeit eingerichtet werden.

tari ſolent: vel ad acuenda utque in omnes omninò caſus parata ſint, diverſimodè exercenda ingenia: vel denique ad famam atque gloriam, per illorum raritatem & Collegio ſuo & integræ etiam civitati conciliandam, non minori cum jure hodienum retineantur, quàm in magnis Emporiis quoque ejusmodi merces, quarum peritiam vix centeſimus aut milleſimus habet, quarumve uſus eſt admodum rarus, eum potiſſimùm in finem, venum reperiantur expoſitæ, quò, ſiquidem ex centum aut mille hominibus unus forſitan aut alter, mercium illarum earundemque utilitatis majorem notitiam habens veniret, ipſe easdem ibidem deprehendere, idque ipſum ad loci illius commendationem facere queat, quámque in Univerſitatibus literariis tales non minùs Doctores præſto eſſe debeant, qui ſublimiora neque ad cujuscunque captum directa ingeniis ſubtilioribus populari doctrinâ non contentis proponere, eorundemque deſideriis reſpondere queant, quàm tales, qui vulgaria atque popularia popularibus exponant ingeniis; vid. ADR. BEIERUS *in dict. Tr. de Magiſtr. Opific. cap. 8. §. 4. n. 218. & 219. p. 78.* pro *Secundi* autem hoc: quòd, cum luſtratores illos, ſepoſitis rebus atque laboribus exindéque ſperandis commodis ſuis, alieno negotio adeſſe oporteat, æquum utique ſit, ut aliquod ipſis honorarium præbeatur aut ſymbolum: Quoad *tertium* autem, ſpeciminum illorum cenſuram in ſe conſideratam non magis reprobare queamus, quàm illud, quòd, ubi in illis ipſis prima vel ſecunda vice elaboratis plures deprehenduntur errores atque defectus notabiles, Candidato ad artem vel in eo ipſo loco, vel mediante ulteriori peregrinatione, alibi meliùs addiſcendam poſteáque opus Magiſteriale denuò elaborandum, adhucdum certum quoddam tempus pro defectûs quantitate præfigatur, &, ubi tertia vice idem ipſi contigit, totale quoque repudium detur, per ea, quæ ADR. BEIERUS habet *in dict. Tract. cap. 8. §. 6. n. 230. ſeqq. p. 82. & 83.* & ex ipſo GE. BEIERUS *in Specim. Jur. German Lib. 1. cap. 15. poſ. 47. ſeqq.* Et denique quoad *quartum*, ejusmodi Speciminis confectionem

 ejus-

ejusdemve ſupplementũ iis, qui jam alibi Magiſtri jure gaviſi fuerunt, jure imponi, *ob antecit.* cumprimis §. *12. ſæpelaud. Concl. comm.* verba ſequentia: es wåre dann daß des Orts Obrigkeit aus erheblichen Urſachen ein anders nothwendig befinde ꝛc. tunc omnino facilè concedamus cum ADR. BEIERO *in dict. Tr. cap. 8. §. 1. num. 204. & 205. pag. 74. & cap. 13. §. 2. n. 470. pag. 164.* & *in Tr. de Advocat. Opificiar. cap. 25. §. 8. n. 1456. p. 208. & cap. 30. §. 8. num. 1709. p. 304.* quando alicubi recipiendus illo in loco, unde venerat, vel absque omni plane Specimine in Magiſtrum eſſet creatus, vel ob diverſimodam Speciminum exactionem atque præſtationem aliqua tantum eaque leviora fortè perfeciſſet, aut antehac in tali conſtitutus fuiſſet Collegio, in quo regulariter tam multum, quam in aliis, à Candidatis non exigi ſolet, e. gr. in pagano quodam, nuncque in urbem ſemet conferre vellet; Nihilo tamen minus longe certiſſimum eſſe exiſtumamus, quod non ſolùm omnes omnino, qui tam pro *prioris*, quàm pro *ſecundi* inſtituti defenſione & prolati fuerunt & ulterius adhucdum proferri poſſent, colores, inſpectâ rei veritate, nullius plane momenti atque ad palliandam veram Opificum intentionem, in utroque caſu nonniſi in eo conſiſtentem, ut Candidatis iſtis Neoque Magiſtris hoc modo eo ægrius faciant, introitum in Collegia eò difficiliorem reddant viresque altiùs deinceps enitendi eo magis adimant vel inde prorſus ſint inhabiles, quia 1.) conſtat, quod ad elaboranda obſoleta iſta ſpecimina etiam ii Candidati adigi ſoleant, qui domicilium ſuum in pago tantùm aut viliori quodam oppidulo habent, ubi per ſeculum forte & ultra neque ab ipſis incolis deſiderabitur neque etiam ab exteris iſthac tranſituris facilè quæretur ejusmodi opus: 2.) ingenium artificiumque procul dubio æque bene ac commode in talibus rebus oſtendi poteſt, quarum hodienum aliquis eſt uſus, quàm in obſoletis illis atque inutilibus; 3.) luſtratio illa, tanquam munus quodammodo publicum atque negotium publicam ſalutem reſpiciens, gratis omninò fieri deberet, aut 4.) ſiquidem id ipſum

pro

pro bono publico gratis facere nimis grave atque moleſtum videretur, negligendarum equidem operarum aliqua ratio haberi ipſarumque intuitû indemnitas præſtari poſſet, aſt non in bibalibus atque conviviis, utpote luxui atque exceſſibus nunquam non præſentiſſimas occaſiones præbentibus, ſed in numerata potiùs pecunia, domeſticos deinceps atque œconomicos in uſus impendendâ; Verùm etiam omnia illa, quæ de *tertio* inſtituto ſupra attulimus, ita ſint comparata, ut exceſſibus atque abuſibus Opificialibus accenſeri non minus mereantur, quam quæ circa *quartum* paulo poſt ibidem quoque notavimus; maxume cum quoad *illa* plus quàm notiſſimi ſit juris, quòd nullo non tempore pœnæ adæquatæ eſſe debeant culpæ: quoad *hæc* verò, unius ejusdemque ſpeciminis alibi jam elaborati reiteratio ejusque, qui jam alibi Magiſtrorum Collegio interfuit, probatio non modò duplicatas eidem expenſas pariant, ſed & non poſſint non manifeſto dedecori eſſe anteriori Collegio, utpote cujus fides atque dexteritas hoc modo vocari videtur in dubium.

XV. Ex iis abuſibus, qui *in ſæpecitati Concluſi Communis* §. 13. octavo & ultimo loco recenſentur atque ſequentibus hisce notantur & reprobantur verbis: Befindet ſich über obiges/ daß hin und wieder auch folgende Unordnungē (n) und Mißbräuche eingeſchlichē; Als 1.) daß die Roth- und Weiß-Gerber an theils Orten/ wegen verarbeitung der Hunds-Häute/ auch ſonſten unter ſich habender unnöthigen Irrungen/ (o) einander/ auftreiben/ und diejenige/ ſo dergleichen nicht verarbeiten/ die andere für unredlich halten/ dahero auch haben wollen/ (p) daß die Handwercks-Burſch/ welche an dergleichen Orten

(n) non Verordnungen, uti quidem Exemplum habet ab ANT. FABRO vulgatum:

(o) ſive, uti in modolaudato Exemplari dicitur, differentien:

(p) vel, prout idem Exemplum dicit: die andere für unredlich halten wollen, dahero auch prætendiren.

ten gearbeitet / von (q) den andern ſich abſtraffen laſſen ſollen; Gleichergeſtalt / da ein Handwercker einen Hund oder Katze todt wirfft / oder ſchlågt / (r) oder ertrånckt / ja nur ein Aaß anrůhret / und dergleichen / man eine Unredlichkeit daraus erzwingen will / ſo gar / daß die Abdecker ſich unterſtehen důrffen / ſolche Handwercker mit ſteckung des Meßers / und in mehr andere Wege zu beſchimpffen / und dergeſtalt (s) dahin zu nöthigen / daß ſie ſich mit einem Stůck Geld gegen ihnen abfinden můſſen; 2.) die Handwercker dieſe (t) Gewohnheit unter ſich haben / daß was ein Meiſter angefangen / der andere nicht ausmachen ſolle / und inſonderheit die Bader oder Wund-Aertzte difficultåt machen / das Band aufzulöſen / oder die Verwundten / ſo ein anderer angefangen / auf Begehren des Beſchådigten in die Cur zu ůbernehmen / (u) und ſolches zu vollenden; oder aber / wann man von einem Meiſter ausſtehet / (vv) und einen andern gebrauchen will / dieſer ſich der Arbeit verwegert / ſo dann was ein Meiſter / als Schloſſer / Schmid / und dergleichen verfertiget / oder ſonſten gemacht erkaufft wird /

(q) vel, quemadmodum tam in eodem, quàm etiam in DN. LUNIGII atque BURGERMEISTERI Exemplaribus legitur, an:

(r) ſive, uti modò indicata Exempla inquiunt: wirfft, ſchlågt:

(s) vel, ut ad inſtar *ſupralaudatæ Deſignationis* mehrfacher Mißbråuche §. *6*. ANT. FABRI Exemplar habet: mit Schlagung des Meßers in die Thůrſchwellen, und abholung der Perſohnen zu ihrer der Abdecker Arbeit, nach eigenem Gefallen.

(t) utut enim in AUTHORIS *Meditat.* Exemplari ita ſonent hæc verba: Die Handwercker die dieſe: non ſolummodò tamen ipſa conſtructio, ſed & ANT. FABRI, LUNIGII & BURGERMEISTERI exemplaria ſuadent, voculam die, quæ vocabulum dieſe immediate antecedit, ibidem eſſe delendam;

(u) ſive, uti modolaudata tria Exempla paulo clariùs dicunt: oder die Cur eines Verwundeten, ſo ein anderer angefangen, auf Begehren des Beſchådigten, zu ůbernehmen:

(w) ſive, prout DN. LUNIGII atque B. BURGERMEISTERI Exemplaria loquuntur, abſtehet:

wird / andere nicht anſchlagen / noch in andere Wege ihre Arbeit daran legen wollen. 3.) Erſtgedachte Handwercker zu Zeiten ſich miteinander eigenmächtig eines gewißen Preiſes ihrer Arbeit (*x*) dergeſtalt vereinigen und vergleichen / daß unter ihnen keiner ſolche geringer verkauffen / oder um keinen geringern Taglohn arbeiten ſolle / und alſo der Käuffer oder derjenige / ſo um den Taglohn arbeiten läſſet / (*y*) ſelbige ihres Gefallens bezahlen müßen. 4.) Ein Handwercker / ſo wegen ihme beygemeßenen (*z*) Verbrechens zu gefänglichem Hafft und Inquiſition kommen / ſeine Unſchuld aber durch ausgeſtandene Tortur oder in andere rechtliche Wege ausgeführet / und darüber Obrigkeitlich abſolviret worden / nicht will geduldet werden. 5.) Da etwa ein Meiſter ein ſchweres Delictum verübet / und nachgehends deſſen Abolitionem erlanget / dann auch / (*a*) wann eines Meiſters Weib dergleichen Verbrechen begangen / und von ihme nach ausgeſtandener Obrigkeitlicher Straffe wiederum zu Gnaden angenommen wird / oder aber auch wegen eines oder andern ein bloßer Verdacht mitunterlaufft / derentwegen gantze Zünfften für unredlich gehalten werden wollen / und die Handwercks-Burſch aufſtehen / einander umtreiben und abſtraffen. 6.) Man etlicher Orten keinen zur Meiſterſchafft kommen laſſen will / wann er ſich allbereits im verheyratheten Stande befindet / an theils Orthen aber ein unverheyratheter Geſell / (*b*) wann er zum Meiſter angenohmen iſt / das Handwerck

Q ehender

(*x*) oder eines gewiſſen Tag-Lohns ſecundùm eadem Exempla, hæc ipſa verba adhucdum ſuperaddentia:

(*y*) ſiv. laßen, uti Exemplar Lünigianum atque Burgermeiſterianum habent: Quomodo autem hîc & in duabus proximè præced. notis ANT. FABRI Exemplum legat? fruſtra omninò quæritur, cùm omnia, quæ vocabula zu vollenden usque hùc excipiunt, ibidem deficiant.

(*z*) aut imputirten, uti ANT. FABRI Exemplum dicit:

(*a*) ſiv. wie ingleichem, ut idem Exemplar habet:

(*b*) Utut enim hæc verba: an theils Orten aber ein unverheuratheter Ge-

ehender und anderſter würcklichen nicht treiben / noch den Laden eröffnen darff / er thue dann / und zwar ins Handwerck heyrathen. 7.) an manchen Orten (c) der Mißbrauch iſt / daß kein junger Meiſter / ob er ſchon auf ſeinem Handwerck viel Jahr (d) gewandert / gleichwohl das Handwerck nicht treiben darff / biß er gewiße Jahr in dem Ort gewohnet / und die ſo genannte Bruderſchafft etliche Jahr beſuchet / oder ſich durch ein gewißes ſtück Geldes in die Zunfft eingekaufft: (e) 8.) fallen auch an verſchiedenen Orten im Reich bey dem Papiermacher-Handwerck die Mißbräuche und Inſolentien vor/ daß wann die hohe Obrigkeit aus bewegenden Urſachen denen Papiermachern eine Freyheit gibt / daß in gewißen Bezirck ihrer Landen und Gebiethes / frembden Papiermachern die Lumpen zu ſamlen nicht ſolle geſtattet werden / die andere einen ſolchen Meiſter / welcher dieſe Freyheit erlanget hat / vor unredlich halten / die Geſellen daſelbſten nicht arbeiten / noch die Jungen / ſo allda gelernet / paſſiren laſſen wollen / (f) ſo dann daß gedachte Geſellen denen

Mei-

ſell, iterum deficiant in modò dicto Exemplo, eorundemque loco *ibidem* duo vocabula alsdann aber reperiantur adjecta, illa ipſa tamen tam AUTHORIS *Meditat.* quàm DN. LUNIGII atque BURGERMEISTERI Exemplaria exhibent, quamvis, nobis quidem judicibus, ANT. FABRI lectio hac in parte rei magis conveniens proindéque etiam poſterioribus tribus merito præferenda eſſe videatur.

(c) ſiv. an manchem Ort, uti ANT. FABRI, B. BURGERMEISTERI atque LUNIGII Exemplaria ajunt:

(d) ſ. ob er ſchon viel Jahr auf ſeinem Handwerck: uti ANT. FABRI Exemplar habet;

(e) utut enim verba hæc: oder ſich durch ein gewißes Stück Geldes in die Zunfft eingekaufft, iterum non extent ap. ANT. FABRUM, in omnibus tamen deprehenduntur antelaudatis Exemplis.

(f) quibus ANT. FABRI Exemplum ulterius adhuc hæc ſuperaddit verba: ſo dann daß denen Meiſtern von denen Geſellen vorgeſchrieben werden will, daß keiner einen Jungen lernen ſoll, der nicht zugleich zwey Geſellen in der Arbeit hat: & deinceps, loco vocabulorum ſo dann, legit Item:

Meiſtern abſonderlich Maß geben / wie ſie ſelbige ſpeiſen und tractiren ſollen / ingleichen daß ſie in ihren Sachen keine Obrigkeitliche Erkantnuß noch Gezeugen / (g) als von ihrem Handwerck zulaſſen wollen / nicht weniger die Geſellen bey Meiſtern / ſo ſich nicht das Pleten (h) mit dem Stein / ſondern des Hammerſchlags gebrauchen / nicht arbeiten / ſondern ſie vor unehrlich (i) halten wollen: ut tam eum, qui de inanibus & ridiculis Cerdonum atque Coriariorum ſuper honeſtate Opificiorum ſuorum litibus primo, quàm illum quoque, qui de inutilibus Cartulariorum diſceptationibus ultimo loco recenſetur, miſſum faciamus, & de utroque non æque ac de aliis ſoliciti ſimus, ſed utriusque intuitu ad JOH. WOLFG. TEXTORIS *Diſſ. de Juribus Opificum part. 2. §. 16. & 24.* reſpectu prioris autem in ſpecie præterea quoque ad *ſupralaud. Deſignationem* mehrfacher Mißbräuche (utpote in cujus non tantum *§. 5.* de prava illa in modò ante adductis *iſtius Concluſi Communis* verbis indicata conſuetudine, juxta quam Cerdonibus eo, quod cutes caninas concinnent, à Coriariis æque ac aliis Cerdonibus tales non perficientibus cerebrina quædam inhoneſtas vult affingi, hoc adhuc notatum reperitur, quod illa ipſa conſuetudo ad ea quoque Opificia ſemet extendat, quæ olim tantùm ejusmodi cutes concinnarunt, nunc autem illarum perfectionem vel plane intermittunt, vel per ſolum Magiſtrum juniorem fieri curant: ſed & *§. 10.* alius adhuc memoratur horum Cerdonum abuſus, in *Additionib.* quoque *ad Projectum d.* $\frac{16}{26}$. *Maji vel Junii Ao. 1671. Ratisbonæ per Electorem Mogunt. dictatum*, ab AUTHORE *Meditat. ad Inſtrum. Pac. Weſtph. in Mant. 3. ad Art. VIII. §. 3. pag. 1516. ſeqq.* exhibitis *ſub n. 2.* obſervatus in eoque conſiſtens, quòd

 ſocio

(g) ita enim, loco vocabuli gezeichen, in AUTHORIS *Meditat.* Exemplari obvii, legendum eſſe, ANT. FABRI, DN. LUNIGII atque B. BURGERMEISTERI Exempla oſtendunt.

(h) ſ. Pletzen, uti DN. LUNIGII atque BURGERMEISTERI, aut Glätten, uti ANT. FABRI Exemplar legit.

(i) aut für unredlich: uti ultimo loco laudatum Exemplar habet:

ſocio in operando conſtituto atque videnti, quòd infans de ſcamno caſurus hocque ipſo lapſu exanimaturus ſit, illud impedire non liceat) nosmet referamus, B.que L. remittamus, cùm vel ea faciant, quæ de inſtituto noſtro in ſuperioribus, *cap.* ſcil. 1. *in not. ad* §. 2. *lit. h.pag.* 16. præmiſimus, ad reliquos ſtatim abuſus nosmet convertimus *in dicto.* §. 13. non minùs, quàm in *modocit. Deſignat.* §. 3. 6. 9. 12. 14. & 16. recenſitos atque in eo conſiſtentes, quòd nimirum 1.) ii, qui catum aut canem fortuitò licet aut ex neceſſitate quoque occiderunt vel in officina ſuffocarunt, iisdemve aut etiam homini facinoroſo, vi licet minisque atrocioribus adacti, naſum aut aurem abſciderunt, vel etiam tantummodo cadaver quoddam tetigerunt, apud illa cumprimis Collegia, quæ munificorum nomine juribusque gaudent, adeò habeantur pro irregularibus, ut non ſolum, AHASV. FRITSCHIO quoque *in Tract. de Colleg. Opific. P.* 2. *cap.* 4. *n.* 8. PHIL. KNIPSCHILDO *in Lib. V. de Jurib. & Privil. Civitat. Imper. cap.* 2. *num.* 74. & 75. ADR. BEIERO *in Tract. de Orig. Specieb. & Interpret. Jur. Opific. cap.* 7. §. 9. *n.* 497. aliisq; obſervantibus, à conſortio reliquorum Opificum velint repelli, ſed &, prout in duobus quoque caſibus, qui noſtra ætate in Patria Civitate Imperiali Biberacenſi in Lanione atque Sartore aures canibus abſcindentibus contigerunt, obſervare nobis licuit, Carnifices atque Excoriatores imperium & petulantiam ſuam in eosdem exercere, ipſorum oſtia, donec aut ſocietatis membrum evadant, aut certo pretio ſe redimant, carnificinæ inſignibus dehoneſtare eoque ipſo famam ipſorum quodammodo ſuggillare non dubitent: 2.) Opificum plurimi, interque illos Chirurgi cumprimis, ſive ex Statuto ſive ex pacto tacito, eam inter ſe pravam alant conſuetudinem, ut non ſolùm opus aut curam vulnerati ab aliquo inceptam alter continuare aut abſolvere, ſed & ſi quis ab Opifice, quo hactenus uſus fuit, recedere aliumque eligere, atque v. gr. poſt Magiſtrum Paganum hactenus pro ipſo operatum Urbicum jam adire velit, poſterior, maxime ubi mutationem ſuſcepturus priori adhucdum aliquid pro operis aut mercibus debet,

bet, quin & interdum, teſtante R. I. *de Anno 1594.* §. und als auch 125. *in med.* ubi nihil debet, opus eidem facere prohibeatur, daß keiner dem andern in ſeine Arbeit ſtehen und was der andere angefangen oder zugeſchnitten hat ausmachen/ noch auch des andern ſeine Kunden annehmen darff: & denique etiam Fabri e. gr. ſerarii atque ferrarii merces & opera ab aliis quàm ſemet ipſis confecta &, prout *in monitis Collegii Principum ad Projectum die* $\frac{12}{22}$ *Aug. Anno 1671. in Comitiis dictatum* ap. AUTHOREM *Medit. ad Inſtr. Pac. Weſtph. dict. loc. p. 1537.* ſuperadditum, in nundinis forte comparata, affigere recuſent: 3.) Opifices, & quidem, ut *in ſæpelaud. Deſignat.* mehrfacher Mißbrauch §. 14. nec non *in antecit. addition. ad Project. d.* $\frac{16}{26}$ *Maji vel Junii dicti A. 1671. in Comit. Ratisb. dictat. n. 19.* dicitur, ii cumprimis, qui non pro diurna mercede operantur, ſed laboribus atque operibus ſuis certa ſtatuere conſueverunt pretia, v. gr. Fabri ſerarii atque ferrarii, Carpentarii, Scriniarii, Ephippiarii, Lorarii atque Textores, non modò ab aliis, etiam iis temporibus, quibus pretia rerum ſunt vilia, pro laboribus aut operibus ſuis juſto plus exigant, ſed & præterea, prout jam *ſupra* quoque oſtenſum *in hujusce cap.* §. 4. *p.* 36. *ſeqq.* clancularias eum in finem ineant conventiones, ne cui opus aut merces minoris vendere aut viliori pretio operari liceat, quàm alteri: 4.) Ii, qui ob criminis alicujus ſuſpicionem in carcerem aut vincula conjecti poſteaque in Carnificis forte præſentia cum torturæ comminatione examinati, vel etiam huic ipſi actu ſubjecti fuerunt, etiamſi deinceps vel per ſuperatam torturam aut præſtitum juramentum purgatorium crimen ſibi objectum purgaverint vel innocentiam ſuam aliter probaverint, proindéque etiam abſolutoriam à Judice ſententiam reportaverint, regreſſus permitti nolit ad Collegia Opificum: 5.) in caſu, quando vel (α) Magiſter quidam ipſe gravius quoddam delictum, v. gr. Adulterium, furtum &c. ut *in ſæpecit. Deſign.* §. 3. dicitur, commiſit ejusdemque abolitionem à Principe aut Magiſtratu ſuperiore obtinuit; vel (β) uxori perpetratum ab ipſa adulterium condo-

 navit

navit eandemque, hoc ipſo vel alio quodam delicto ab ipſa commiſso non attento, poſt pœnam eapropter ipſi à Magiſtratu irrogatam in matrimonio retinuit: vel etiam (γ) ſola criminis alicujus ſuſpicio contra aliquem ſubeſt, non ſolùm is ipſe, ſed & integrum quoque Collegium eapropter pro infami haberi, ideoque etiam ſocii penes ipſum aut reliquos ipſius Con-Magiſtros laborantes ex-& circumagitari ſoleant; 6.) autem quibusdam in locis& opificiis à capeſſendo Magiſterii gradu excludantur jamjam uxorati, ad eundemque nonniſi cœlibes admittantur, ita tamen, ut hi ipſi deinceps Opificium ſuum exercere atque opificinam adaperire tamdiu prohibeantur, quamdiu uxorem non duxerunt, & quidem ex contribulium gremio, Magiſtri ſcil. filiam aut viduam: & denique 7.) hinc inde juniores Magiſtri, utut multos per annos peregrinati ſuæque profeſſionis optime gnari, nihilominus ad actuale Opificii ſui exercitiũ prius non admittantur, quàm donec duos, tres aut quatuor per annos eo in loco, in cujus Collegium ſemet conferre intendunt, habitarunt itáque ſic dictam fraternitatem (i. e. ut nobis quidem videtur, conventus opificiales) frequentarunt.

Et quemadmodum horum inſtitutorum omnia ac ſingula depravatis Opificum moribus omnino accenſenda eſſe, propterea nulli dubitamus, quoniam quod *primum* attinet, utut neque juris hominibus in animalia bruta competentis petulantem abuſum ulla ratione probandum eſſe exiſtumemus, poſt ea cumprimis quæ contra eundem eleganter admodum SAM. PUFFENDORFIUS diſſeruit *in Lib. IV. de J. N. & G. cap. 3. §. fin. 7.* neque etiam ignoremus, quòd non ſolùm Carnifices ipſi & canum catorumq; apprehenſionẽ illorumq; percuſionẽ, tam in diebus canicularibus aliove cujuscunq; loci conſueto tempore, Magiſtratus implorato conſenſu, quàm aliis quoque temporibus, per excoriatores ſuos perficiendam, & eorundem aurium abſciſſionem ſuis accenſeant juribus, ſed & prioris rei exercitium à Doctoribus quoque interque eos in ſpecie ab ANDR. MYLIO *in Diſp. Lipſiæ hab. de Jure Carnificum c. 4. §. 4.* diſerte ipſis vindicetur, neque denique nosmet ipſi eos-

dem

dem hisce prærogativis privare intendamus; Nil tamen obſtare videmus, cur in caſu, ubi Opificum quis ſive fortuito ſive urgente quadam neceſſitate, e. gr. canem rabidum forte aut catum vel aliud quoddam animal pauperiem daturum illius evitandæ gratia, ſive etiam ex mera quadam petulantia interfecit eisdemve vel in proprio vel in amici cujusdam aut familiaris dominio conſtitutis aures elegantiæ, ut ſæpius fieri aſſolet, gratia abſcidit, vel cadaver quoddam tetigit, is ipſe amplius non ſit tolerandus in ſuo Collegio, cum, uti ne petulans quidem animalis occiſio infamiam ſtatim levisve notæ maculam aut excluſionem meretur è Collegio Opificum, per ea quæ jam ante nos inculcaſſe videtur B. FROMMANNUS *in Diſp. de Levis Notæ mac. th. 24. pag. 21.* ſed pœna prout ſemper ſic & in hoc caſu adæquata omninò eſſe debet culpæ, ita ſi vel maxime quisquam exiſtumaret, talem occiſionem absque diſpendio famæ fieri non poſſe, is ipſe tamen procul dubio fateri neceſſe haberet, quòd, cùm neque neceſſitas ullam habeat legem: neque caſus fortuitus cuipiam imputandus veniat ad pœnam: neque ubi aures cuidam animali fuerunt abſciſſæ, id ipſum adeo frequenter lucri gratia aut eum in finem fieri ſoleat, ut quis hoc ipſo involare velit in Jura Carnificum, ſed potiùs ut plurimùm vel ad parcendos ſumptus, vel ex vana quadam averſatione manûs carnificis ne animalia bruta quidem ut ab ipſis tangantur, pati volente: neque denique cadaver animalis demortui ulla infamia laboret aut levis notæ macula, aut ſiquidem etiam (quod neminem tamen cui ſanum eſt ſinciput, aſſeveraturum eſſe opinamur) aliqua laboraret, illa ipſa ſtatim cum aura à tangente inſpiraretur vel per tactum, veluti morbus quidam peſtiferus, in venas, ſuccum & ſanguinem verteretur, vel hoc ipſo tam ſordidus committeretur actus, cui inter Opifices non occurreret ſimilis aut longe major: in reliquis ſaltem ante recenſitis caſibus diſpendium iſtud ceſſare debeat, hique ipſi actus, utut aliàs regulariter à Carnificibus exerceri ſoliti, tam intrinſeca turpitudine non laborent, quæ vel ad Juris Collegialis privationem, utpote juxta ea quæ jam *ſupra* monuimus *in cap. hujus §. 3. p. 32*

absque

absque famæ imminutione fieri non valentem ſpeciemque pœnæ, ſine Legum tamen diſpoſitione non infligendæ, præ ſe ferentem ulla ratione ſufficere poſſet, proindéque etiam recte omnino in gratiam cujusdam Opificis per militum minas ad aurem fugitivo militi abſcindendam coacti pronuntiatum ſit à Scabinatu Jenenſi Anno 1633. Menſ. Mart. ap PHIL. RICHTERUM *in P. 2. Var. Jur. Dec. 80. n. 26. p. 169. ſq. Secundum* autem, in variis ſupra memoratis ejusdem generibus, & privatum, clanculariumpublicæque utilitati vel maxime adverſum atque dehinc etiam omni jure exoſum monopolium ſpirat, per L. *un. verſ. Ædificior. qq. C. de Monop.* traditaque BEN. CARPZOVII *in P. 2. Jpr. For. C. 6. D. 11. n. 4. ſqq.* JOH. WOLFG. TEXTORIS *in Diſp. de Jurib. Opif. P. 2. th. 18. in not. lit. a.* FRID. PHILIPPI *in Diſp. de Colleg. Opif. th. 41.* GE. TOB. PISTORII *in Cent. 3. Theſ. Paræm. Germ. Jur. Par. 1. n. 6. p. 247.* AHASV. FRITSCHII *de Monopol. c. 12. n. 13.* MICH. FRID. LEDERERI *in Diſp. de Monopol. §. 9. n. 3. & §. 14.* TOB. BERNEGGERI *in ſimili Diſp. §. 5. n. 3. 7. 12. & 16. in fin.* ibidemque adcitatorum Doctorum complurium, & juxta conſuetum ipſis hac in re à que Collegio Principum quoque *in ſuis ad Project.* $\frac{12}{22}$ *Aug. Anno 1671. in Comit Dictat. monitis ap.* AUTHOREM *Med. ad Inſtr. Pac. Weſtph. p. 1537.* indicatam objectationem: hätte man zuvor einen andern Meiſter in der Arbeit gehabt/ ſo möchte man auch bey demſelben hinkünfftig arbeiten laſſen/ livorem prodit Opificibus in genere valde familiarem, einen Handwercks-Neid/ eorundemque indignationem atque animum hoc modo vindicandi contemtum ſui, quòd ſcil. non ab initio ſtatim fuerint conducti: *Tertii* iniquitas jam in ſuperioribus, *hujusce* nim. *cap.* §. *4. p. 36. & ſeqq.* quoad maximam partem ſatis ſuperque à nobis demonſtrata eſt; ea autem quæ in *quarto* ſubeſt, vel inde pateſcit, quod neque injuſte aut illegitimè, i. e. absque ſufficientibus indiciis, neque juſtè ac ob legitimas ſuſpiciones incarceratus, vinctus vel tortus in caſu, quando vel has ipſas ſuſpiciones aut per ſuperatam torturam purgavit aut per juramentum purgatorium, ſive ab initio

initio ſtatim ſive forte poſt confeſſionis in ipſa tortura factæ revocationem præſtitum, vel innocentiam ſuam alio modo edocuit, infamiæ aut levis notæ macula notatus recte dici poteſt, poſtquam plus eſt quàm notiſſimi juris, quòd neque carcer neque vincula neque tortura ipſa, quatenus in ſe conſiderantur, incarcerato, vincto vel torto ullam infamiam concilient aut levis notæ maculam, ſed cauſa potius ſive delictum, propter quod hæc ipſa dictata fuerunt, ſi quis ſcil. ejusdem poſtmodum convictus atque confeſſus ſit, arg. *L. 22 ff. de his qui not. infam.* & *L. 14. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* vid. MARQ. FREHERUS *in Lib. 3. d. Infam. c. 5. n. 15.* B. LAUTERBACHIUS *in Coll. Pand. Theor. Pr. ad tit. de Quæſt.* §. 55. B. FROMMANNUS *in ſæpelaud. Diſp. de Lev. not. mac. th. 33.* AHASV. FRITSCHIUS *de Coll. Opif. P. II. c. 4. n. 21. ſeq. p. 38.* & JO. WOLFG. TEXTOR *d. l. th. 20. in not. lit. a.* proindéque etiam non ſolùm pro Pannifice ob furti ſuſpicionem in carnificis præſentia cum torturæ comminatione examinato in negatione autem nihilominus conſtanter perſeverante, à Facultate Jurid. Jenenſi Ao. 1603. Menſ. Majo ap. PHIL. RICHTERUM *d. l. n. 33.* ſed & pro Sutore Socio ob rapinæ ſuſpicionem reapſe torturæ ſubjecto poſtmodum autem ob immotam ejusdem pernegationem plene abſoluto, à Dicaſterio Jenenſi Ao. 1624. Menſ. Dec. ap. Eund. RICHTERUM *d. l. n. 30.* nec non pro Sutore Magiſtro, ob homicidii ſuſpicionem itidem torturam perpeſſo, neque tamen deinceps plene abſoluto, ſed ob gravia indicia mulcta pecuniaria loco relegationis primum ipſi dictatæ affecto, à Scabinatu ejusdem loci Menſ. Jul. Anno 1640. ap. Eund. *d. l. n. 31.* & denique etiam pro Opifice, ob criminis cujusdam inculpationem ſimiliter torturæ commiſso, illudque ipſum etiam in eadem confeſſo, poſtmodum autem ob revocatam confeſſionem ad Juramentum purgatorium admiſso, à Per-Ill. L. B. de LYNCKER *in Cent. VI. Reſol. 588. p. 1080. ſqq.* intuitu ſalvi nihilomin⁹ ipſis manentis Juris Collegialis pronunciatum fuit; Quoad *quintum* verò ejusdemq; *mem-*

 brum

brum prius illud omnino attendendum venit, quòd, ſicuti commiſſi aut imputati criminis abolitio à Principe aut Magiſtratu ſuperiore facta non condemnationem tantum aut ſententiam condemnatoriam atque pœnam tollit, ſed & omnia quoque pœnæ viam parantia eidemve affinia, & per conſequens etiam omnem omnino maculam, quin & univerſæ inculpationis memoriam atque ſuſpicionem in tantum aufert, ut is, cujus in gratiam illa ipſa facta fuit, ab omni moleſtia ac vexa alioquin metuenda tutus & de plenaria gratia certus, è contrario autem injuriarum reus fiat, qui poſt abolitionem talem inquiſitionis factum reſuſcitare conatur, vid. omnino JOH. SAM. STRYCKIUS *in Diſp. Halæ hab. Anno 1695. de Abolitione Principis cap. 5. n. 1. ſeqq. p. 88. ſeqq.* & EPHR. GERHARDUS *in Diſp. Jenæ edit. Anno 1714. de criminum abolitione cap. 3. §. 5. ſeqq.* ita haud dubie in apertum ſatis Principis aut Magiſtratus abolitionem talem largientis contemtum vergere debeat, quando Opifices perſonas abolitione ab illis dignas judicatas nihilominus à ſuis arcere audent Collegiis, maxime cùm abolitio, utpote ipſam ſtatim commiſſi vel imputati criminis inquiſitionem, accuſationem aut inculpationem, ſæpius adhuc incertas ac dubias, & quæ harundem cauſa forte concepta fuerunt Acta Judicialia juſta ex cauſa tollens, ſocietatis civilis hominumque integræ famæ intuitu adhuc minus involvat, quàm famæ reſtitutio, utpote poſt quam de crimine commiſſo res jamjam eſt in aprico & poſt condemnationem quoque fieri ſolita; Aſt verò *infra in ſeq. cap. 3.* pluribus docebitur, nec famæ legitimè reſtitutos è Collegiis Opificum jure ejici aut aditu ad illa prohiberi poſſe: quoad *alterum* autem *membrum* quòd, cum æquitas atque juſtitia neutiquam patiantur, ut quis ob crimen uxoris ulli ſubjiciatur pœnæ aut infamiæ, arg. *l. 1. C. ne filius pro patr. L. 26. ff. & L. 22. C. de pœn.* atque eorum, quæ de natura pœnarum irrogandarũ atq; infamiæ jam *ſupra* dicere antevertimus *in hujusce cap. §. 5. p. 56. 59. in fin. & 60. pr.* non poſſit non, ob ea cumprimis, quæ de iminutione

tione famæ excluſionē ab Opificiis concomitante paulo ante monuimus, & illa quoq; Juris Collegialis privatio, quæ in ſceleratarum fœminarū maritos, ob delicta quoq; nullum divortio locum facientia, ab Opificibus vulgo ſtatui ſolet, æque quin imo adhuc magis iniqua cenſeri, quàm quæ ab iisdem in illos decerni conſuevit, qui injuriam ab uxoribus per fractam fidem conjugalem ſibimet illatam non ulti fuerunt, ſed delicti ipſis gratiam fecerunt; Haud quaquam obſtante, quòd 1.) ejusmodi Statutum aut Conſuetudo tale quid non tam in pœnam inſontium, quàm potius pro honeſtate atque decore Collegii, ne conjugum quidem turpitudinem, utpote in maritos quoque, juxta commune proverbium: der Weiber ſchande iſt auch der Männer ſchande / redundantem, ullo modo ferentibus, ſtatuere adeóque excluſio illa jure Collegii fieri, neque Collegæ, utpote ea cum conditione recepto, ullam infamiam inferre: 2.) autem mariti ejusmodi injurias flocci pendentes conniventesque ut plurimum etiam quoad ſuas perſonas non melioris conditionis eſſe dubioque prócul quod compenſent habere: quin imo uxorum adulteria ſcienter tolerando lenocenii prope rei evadere, vel ad minimum commiſſi ab illis delicti ſemet participes reddere proindéque etiam eo nomine excluſi tanto minus, de quo conquerantur, habere videantur, quanto magis 3.) apparet, ac ſi pro hujusmodi Statuti aut Conſuetudinis valore perſpicue ſatis militaret textus à DAV. MEVIO *in Reſp. VI. ſuper Jur. Lubecc. pag. 63. b. princ.* hanc in rem adcitatus *in L. 43. §. 10. ff. de R. N.* utpote in quo ipſo ULPIANUS J. C. *Senatum Romanum cenſuiſſe* teſtatur, *non conveniens eſſe ulli Senatori, uxorem ducere aut retinere damnatam publico judicio*; Cùm omnia hæcce & ſingula dubia ſua utique ſponte evaneſcant, quando quidem paulo curatius perpendimus 1.) quòd, cùm juxta ante dicta delicta uxoris marito regulariter imputari nequeant, antequæ adductum proverbium fallat omnino, ubi de pœnæ inflictione eſt quæſtio, vid. GE. TOB. PISTORIUS *in Cent. V. Thes. Paroem.*

R 2 *Germ.*

Germ. Jurid. Par. 91. n. 6. p. 401. & illa ipſa quoque conditio receptioni ſive expreſſe ſive tacite appoſita eò magis iniquitatem involvat, quò ſane negari nequit, eandem facere, ut præter culpam ſuam damno atque incommodo afficiatur ejusmodi maritus: 2.) quòd argumentum altero loco prolatum prorſus non ſit univerſale, ſed longe fallaciſſimum atque remiſſionis illius conniventiæque, exiſtentibus præcipue liberis cum ejusmodi uxore adultera procreatis, longe aliæ ſæpemet ſint cauſæ impulſivæ, neque de eo, qui adulterium jam antea ſemet invito plane atque inſcio commiſſum delinquenti uxori quoad ſatisfactionem privatam remittit, cum ratione aſſeri queat, quod lenocenii ſit reus, ſed de illo demum, qui iſtiusmodi adulteria adhucdum committenda lucri cauſa promovet uxoremque ſuam quæſtus gratia aliis proſtituit: 3.) quòd nimia profecto arrogantia foret, ſiquidem Opifices judicari vellent juxta Senatorum Romanor. jura, probè conſiderato, quòd hi ipſi in magna quondam dignitate conſtituti fuerint, Opificibus autem, argumento eorum quæ de ipſorum conditione *ſupra* diſſeruimus *in cap. hujus* §. *5. p. 57. ſeqq.* nulla plane adſit dignitas: & denique 4.) quod, quantus honor Collegiis Opificum debeatur, non ab ipſismet, utpote eatenus inter partes ſtantibus, ſed à Superiore definiendum ſit, penes quem ſcil. ſtat, Collegia erigere, ſtabilire ac tollere iisdemque exiſtimationem tribuere & adimere datamque limitibus circumſcribere, neque proinde illa ipſa deceat plus honoris ſibimet ſumere aut exiſtimationis ſuæ gradum propria auctoritate altius elevare magisque intendere, quàm quidem par ac Superioris voluntati conveniens eſt: & deniq; quoad *membrum ultimum*, quod ſatis ſit abſurdum ſatisque iniquum, ob ſolam criminis alicujus ſuſpicionem, ubi de veritate vel falſitate rei nondum conſtat, excluſione ſtatim à Collegio in aliquem involare atque ita proceſſum ab executione inchoare, præprimis cùm nec Opificibus adeo incognitum ſit aut eſſe ſaltem debeat commune proverbium, à GE. TOB. PISTO-

RIO

RIO quoque *in Cent. III. antecit. Theſ. ſub Num. 69. p. 332.* illuſtratum: *melius eſſe, decem hominum famæ parcere eorundemque honorem illibatum ſervare, quam unico infamiam irrogare*: Es ſeye beſſer / zehenden Ehren erhalten / als einen einigen zum Schelmen machen: proindéque etiam recte omnino de duobus furti inculpatis usque ad ſufficientem rei probationem è Collegiis ſuis non excludendis jam Ao. 1620. Menſ. Jan. & Ao. 1630. Menſ. Junio pronunciaverit Inclyta Facultas Jenenſis, teſte PHIL. RICHTERO *in dict. p. 2. Dec. 80. n. 32.* Ratione *Sexti* autem *inſtituti* indubium eſſe credimus, quòd, cùm non ſolùm 1.) libera matrimonii contrahendi facultas nulla ratione ad neceſſitatem transferri debeat, per *L. 14. C. de Nupt.* multoque minus per Legem, Statutum, ne dicam privatos tantum homines, ad certas quasdam perſonas reſtringi: ſed & 2.) omnis, quæ ab Opificibus temere ſuſcipitur, de matrimoniis diſpoſitio, rectè obſervantibus DAV. MEVIO *in Comment. ad Ius Lubecc. p. IV. tit. 13. art. 3. in addit. ad n. 40. p. 884. a.* & ADR. BEIERO *in Tr. de Orig. Spec. & Interpret. Jur. Opif. c. 6. §. 6. n. 363. p. 99.* nulla prorſus atque invalida ſit; 3.) ejusmodi Statutum aut Conſuetudo monopolium ſapiat &, prout ipſomet uſu atque experientia ſemet addidiciſſe teſtatur modolaudatus DAV. MEVIUS *in dict. loc.* ſub ejusdem obtentu Collegia Opificum optimos planè eosque artifices, quos aliàs juſta ex cauſa à Collegiis ſuis repellere aut nequeunt aut nolunt, in manifeſtum ſatis detrimentum publicum, non à Collegiis modò, ſed & ab ipſa civitate removere hocque modo Magiſtratui, quemnam in Civem recipere debeat, fermè præſcribere conentur; 4.) ſatis ſit abſonum, jamjam aliis, quàm Opificum filiabus aut viduis, matrimonio junctos aut deſponſatos vel etiam ad conjugium parum forte aptos, de cætero autem artem ſuam probe callentes ideo tantum à Collegiis excludi, quod ejusmodi Statuto aut Conſuetudini parere nequeunt, hocque modo matrimonium cum alia quàm cum Opificis filia aut vidua contractum aut ad illud

ineundum incapacitatem cauſam producere Opifices ab artis ſuæ uſu excludendi: & denique 5) in viduarum ætate parium aut puellarum ad matrimonium habilium penuria facile fieri queat, ut quis nolens volens vel vetulam, matris fere locum habere valentem, vel talem quæ non integræ vitæ ac famæ moribusve valde eſt corrupta, ducere cogatur, in apertum ſatis non proprium modò atque privatum, ſed &, quod magis, publicum quoque damnum atque incommodum, in Rempublicam non minùs, quàm in Magiſtratum Politicum aut Conſiſtoria Eccleſiaſtica ex diſcordantibus ejusmodi atque infelicibus matrimoniis nullo non tempore redundare ſolitum; Eo ipſo quoque omnia omnino, quæ *partim* pro hujusce inſtituti defenſione, de naturali obligatione ſibi ſuisque proſpiciendi, à Contribulibus eo ipſo, quo liberis ſuis ac viduis honeſta cum ſortis æqualis hominibus matrimonia quærunt, obſervari ſolita: de non invidendo ipſis mortis ſolatio, per id, quòd de ſalute atque promotione viduarum æque ac orphanorum ſecuri eſſe queant, ipſis contingente: de eo, quòd de re quodammodo ſua jure Collegii agant, quò ſcil. Magiſtri, per infortunium forte nihil rerum œconomicarum ſuis relinquere valentes, ad minimum locum & partem in Collegio in ipſos transmittere queant: de facultate Civibus Romanis quoque olim competente, per Teſtamenta Jus familiæ illamque particulam, quam de publico ſive toto Civitatis quisque participabat, heredis inſtitutione transferendi: de matrimonio iisdem olim Romanis Civibus cum peregrinis, hominibus liberis cum ſervis, & per GRATIANI Imp. Edictum Monetariis quoque eorundemque filiis ac filiabus cum extraneis interdicto, deque jure connubii hodienum apud INDOS atque in Regno CALICUTANO nonniſi inter easdem Tribus eademque artificum genera obtinente: de Officinis quibusdam in locis hereditariis; de Conſuetudine multis in locis Saxoniæ cumprimis atque Pomeraniæ Miniſterii Eccleſiaſtici Candidatos officium ſacrum alicubi ambien-

tes ad ducendam Anteceſſoris viduam aut filiam obligante atque inter alios etiam à MATH. STEPHANI *in Lib. 3. de Jurisdict. part. 1. cap. 19. n. 26. ſeq.* SIGISM. FINCKELTHUSIO *in Tr. de Jure Patronat. Eccl. cap. 6. num. 38. ſeq. p. 162. ſeq.* JOH. BRUNNEMANNO *in Jur. Eccleſ. L. 1. c 5. §. 16.* TARNOVIO in ſeinem Bedencken auf die Frage: Wenn Chriſtliche Kirchen-*Patroni* geneiget ihres verſtorbenen Pfarrern Wittwe oder Tochter mit einer tüchtigen Perſohn/ bey der Pfarr zu laſſen/ ob deſſen Beruff/ der alſo dieſer Freye halben zum Pfarr-Ambt kommt/ ein Göttlicher Beruff ſey/ und der Beruffene deſſen ein gut Gewiſſen haben könne? & poſitis 4. requiſitis, à BENED. CARPZOVIO quoque *in Jurisprud. Eccl. Lib. 1. def. 42. n. 5. ſeqq.* defenſitata: de utilitate ex ejusmodi matrimonio Candidatis ideò ſperanda, quòd puellæ, quæ inter negotia Opificii ſui ſuccreverunt, ex converſatione quotidiana technicos non modo terminos, quibus addiſcendis fœmina extranea integrum annum conſumere & tot penè florenos, quot in dotem attulit, marito interea perdere queat, ſed & quænam materiæ ad Opificium ſint neceſſariæ, quonam tempore, loco & pretio illæ ipſæ emendæ quibusve ſumptibus aſportandæ ſint? optimè didicerint, ne vel nimia illarum exaggeratione emtores absterreantur, vel è contrario nimia depreſſione pretium operæ mariti peſſundetur: & denique de eo, quòd pro valore ejusmodi Statuti aut Conſuetudinis ex Doctoribus quoque MATH. STEPHANI *in dict. Tr. Lib. 2. part. 2. cap. 7. n 46. ſqq.* DAV. MEVIUS *in ſupralaud. Comment. ad Jus Lubecc. Part. IV. Tit. 13. art. 3. num. 40. pag. 843.* & poſt SPECKHANIUM *in Cent. 3. qu. 5. claſſ. 1.* CHRIST. BESOLDUS *in Theſ. Pract. lit. H. n. 23. voce* Handwercker. *p. 365. b.* ut & PHIL. KNIPSCHILDUS *in Lib. V. d. Civ. Imp. c. 2. n. 35.* pugnare videantur; *partim* vero ad diluenda paulò ante in contrarium adlata argumenta, de eo, quòd conſuetudo illa aut Statutum non intendat aliquem præciſè ad certum quoddam atque determinatum individuum reſtringere, ſed ex certis perſonis incertam denominet, ſicque individuum vagum relinquat, adeoque non

omnem

omnem prorſus electionem præſcindat, ſed potiùs & libertatem & ex certis quibusdā perſonis inſtituendam electionem ac per conſequens quoque ſubſtantiale matrimonii fundamentū ſalvum relinquat: ex ADR. BEIERI *Tract. de Orig. Spec. & Interpret. Jur. Opificiar. cap. 7. §. 11. & 12. num. 504. ſqq. pag. 131. ſqq.* & *Tract. d. Domeſticis Opificum cap. 2. §. 10. & 11. num. 78. ſqq. pag. 18. & 19.* aliundeve afferri poſſent, ſua ſponte corruant eóque minorem mereantur attentionem, quò *1.)* obligatio iſta ſibi ſuisque proſpiciendi terminos habiles præſupponit, neque providentiam illam adeo vult eſſe extendendam, ut in aliorum, quin &, ut antea *in 3tia & 5ta decidendi ratione pag. 133.* obſervavimus, ipſius quoque boni publici præjudicium vergat, maximè cum ubi viduæ adhucdum nubiles bene moratæ filiæque probè ſunt educatæ, etiam absque hoc commoda nubendi occaſio iisdem non defutura, neque proinde opus ſit, ut ipſæ maribus ſæpemet invitis obtrudantur parentesque aut mariti mundo nunc valedicturi in dubium vocent divinam providentiam: 2.) falſum prorſus atque erroneum eſt, quod ejusmodi Statutum aut Conſuetudo de re ad Jura Collegii pertinente diſponat, cùm (uti jam ante *in 2da decidendi ratione pag. 133.* commonitum) cauſæ matrimoniales neutiquā ad objectum pertineant qualiscunque Jurisdictionis Opificibus conceſſæ, atque aliud longe ſit, locum aut partem in Collegio vel Univerſitate ſibimet competentem in viduas aut filias, uni præſertim ex ejusdem generis Opificibus nupturas, aliosve heredes per Teſtamentum transmittere, aliudque, omnes illos, qui viduas vel filias heredesve in uxores accipere non adamant, ob id ſolum à Collegio vel Univerſitate excludere, ita, ut illud quidem facile tolerari queat, neutiquam vero hoc, non obſtante, quod ex ipſa Collegii natura, in poteſtate Opificum eſſe videatur, certas conditiones paciſci, ſub quibus & non aliter recipi debeant Canditati, cùm id ipſum indubiam prorſus exceptionem patiatur, ubi conditiones iſtæ in publicum ſunt noxiæ: 3.) ea, quæ in Jure Romano antiquiori circa Quiritum connubia

conſti-

conſtituta, ob nimiam ferè Romanorum in peregrinos ſervosque aſperitatem, jam *ſupra* quoque *in not. ad cap. hujus* §. 5. *lit. c. pag. 71.* pro parte notatam, nimisque magni æſtimatum Jus Civitatis Romanæ introducta fuerunt, & vel propterea nullum firmum ad præſentem quæſtionem ſuppeditant argumentum, quoniam non ſolùm Civium Romanorum numerus, maximè poſt Civitatis Romanæ Jus omnibus in Orbe Romano degentibus ingenuis ab ANTONINO CARACALLA Imp. libertinis autem quoque à JUSTINIANO communicatum, oppidò major ac amplior erat, quàm unius in Civitate aliqua Collegii Opificum, atque per conſequens ſociæ thori electio illic intra tam anguſtos cancellos, quàm quidem hic, haudquaquam reſtricta: ſed & omnia illa Romæ publicis Legibus atque Conſtitutionibus introducta fuerunt, hîc verò de privatis tantum atque clancularіis Opificum Statutis pactisque eſt quæſtio: 4.) non quæritur, quid in INDIA atq; CALICUTIA aut in fine Orbis terrarum fiat, ſed quid in GERMANIA noſtra, & quidem de Jure, fieri debeat: 5.) morem illum circa miniſtros Eccleſiæ hinc inde obtinentem contra ſupracitatos ejusdem defenſores melioribus longè cum fundamentis improbatum legimus à B. STRYCKIO *in Diſp. de Jure Liciti ſed non honeſti cap. 3. n. 104. ſeqq.* ILL. Facultate Jurid. Hallenſi in Reſponſo quodam Menſ. Jul. Anno 1701. concepto atque ab EXCELL. DN. BOEHMERO exhibito *in Jure Paroch. Sect. 3 cap. 1. §. 24. p. 106. & ſeqq.* REINHOLDO FRID. SAHME *in Diſp. Regiom. hab. A. 1719. de Juramento Simoniæ à Candidatis Miniſterii in Conſiſtoriis Regni Pruſſiæ præſt.* §. 19. & noviſſime à DN. GOTTL. SLEVOGTIO *in Diſſ. pec. Quatuor Jur. Sacri & Civil. Opuſculis ſuperiori demum Ao. XXII. ab Eodem editis ſub Num. II. p. 48. ſqq. inſerta de Conditione matrimonii cum defuncti Paſtoris vidua aut filia ineundi vocationi paſtorali adjecta §. 12 p. 56. & 57.* 5.) deprædicata illa utilitas ex ejusmodi matrimonio ſperanda coeteris paribus, aliàs verò non item, ad perſuaſionem tantùm facit, neutiquam vero ad coactionem vel quaſi: 6.) ea, quæ de libertate, non obſtante tali Statuto aut

S con-

conſuetudine, nihilominus relicta adducta fuerunt, reſponſionem inveniunt tam in iis, quæ *in decidendi ratione sta ſupra* monuimus *in pag. 134.* quàm etiam in eo, quòd exiſtentibus licet viduis aut puellis nubilibus nulloque ſingulari animi corporisve vitio laborantibus, plenè tamen atque perfectè libera non prædicari queat electio: & denique 7.) quùm non auctoritatibus nominibusque Doctorum, ſed adæquatis potiùs atque ſtringentibus rationibus pugnandum ſit, nec ſola ſupralaudatorum aliorumque Doctorum hiſce Opificum inſtitutis faventium nomina quidquam contra defenſitatam à nobis ſententiam facere queunt, præprimis cùm, qui inter eosdem penè præcipuus eſt, DAV. MEVIUS aſſertionem ſuam *in ſupracit. num. 40.* in terminis aliquantulum generalibus propoſitam deinceps *in addit. ad eund. num. p. 847. ſeqq.* ut & *in P. 3. Dec. 38.* valde itàque temperaverit, ut non ſolùm eandem non de privatis Opificum conſuetudinibus aut Statutis, ſed de illis tantùm moribus, qui per res aliquoties judicatas jamjam in jus tranſierunt, & de Statutis Superiorum conſenſu ac confirmatione munitis intelligendam: verùm etiam ſicubi ejusmodi Statuta aut Jura Conſuetudinaria publica auctoritate munita adſint, illa ipſa ita interpretanda eſſe voluerit, ut (α) ad eas tantum perſonas, quibus adhucdum ducenda eſt uxor, neutiquam verò ad illas, quæ talem jam habent, ſpectare, quoad cœlibes autem tunc demum, ubi etiam tales ſub Collegio ſint fœminæ, quæ duci queant quasque recuſandi non juſta adſit atque legitima cauſa, locum habere; (β) illi, qui cujusdam Opificis filiam aut viduam ducere voluit, illud ipſum autem vel ob harundem vel etiam ob parentum diſſenſum perficere non potuit, aliam etiam extra Collegium conſtitutam ducere licitum eſſe: (γ) ejusmodi Statuta ac Jura neutiquam extendi, ſed potiùs præter illa in dubio ſemper pro libertate matrimonii pronunciari, proindeque etiam (δ) eorundem vis ad Collegialium Commembrorum filios porrigi non debeat; in quo ipſo cùm & ADR. BEIERUM conſentientem habeat *in ſupracit. Tr. d. Or. Spec. & interpr. Jur.*

Opif.

Opiſ. cap. 7. §. 13. ſeqq. num. 517. ſqq. p. 134. ſqq. & in Tr. d. Domeſtic. Opiſic. cap. 2. §. 12. & ſqq. num. 84. ſqq. pag. 19. ſqq. nec noſmet eidem multum refragabimur, hoc unicum tamen cum eodem BEIERO *in modo laud. Tr. d. Dom. Op. d. c. 7. §. 15. ſqq. num. 95. ſqq. p. 21. ſeqq.* monentes: quod, ubi Princeps aut Magiſtratus ſuperior nondum expreſſè vel tacitè impertitus eſt conſenſum ſuum in ejusmodi conſuetudinem aut Statutum, plures ob cauſas meliùs omnino ac conſultiùs agat, ſiquidem eundem illis deneget; & denique *Septimum* atque *ultimum inſtitutum* iterum monopolium ſapit hocque pro fine primario habet, ut & per illud Neo-Magiſtri eò magis deprimantur ac, cum haud levi ſæpemet (ut in *crebro* quoque *laudati Concluſi communis §. 13. in fin.* probe obſervatum) Reipublicæ illius, in qua ejusmodi Statuta moresve obtinent, commerciorumque damno atque incommodo, plures utut inſignes interdum artifices à loco in tali Collegio quærendo deterreantur;

Ita ſua omnino ſponte fluit, quòd omnia illa ac ſingula inſtituta in *ejusdem Concluſi §. 13.* ſupra exhibitis verbis ſuo utique merito, neque minori cum jure reprobata interque abuſus alios collocata ſint, quàm à Collegio Principum Imperii ille mos Sociorum, juxta quem ipſi, ſtatuta atque conventa mercede ſua non contenti, præter illam ab iis, quibus opus quoddam perficiunt, adhucdum honorariam quandam ſtipem exigere ſolent; utpote quem illud ipſum *in Monitis ſuis ad projecti die $\frac{12}{22}$ Aug. Ao. 1671. in Comitiis Ratiſbonenſib. dictati §. 13.* verbis hiſce ſequentibus: daß die Handwercks-Geſellen mit ihrem geſetzt und gedingten Lohn nicht zufrieden ſeyn wollen / ſondern noch über das von den Leuten ein beſonders Trinck-Geld alß eine Schuldigkeit zu fordern und zu prætendiren pflegen ꝛc. reliquis modo ante recenſitis ideo ſine dubio ulterius aggregandum eſſe ſtatuit, quoniam, licet dicere quis poſſet, hunc ipſum morem eò minus ullam medelam mereri aut proviſionem publi-

cam, quò tota res ab illorum liberalitate dependeat, qui ejusmodi ſtipem lubenter ipſis perſolvunt, neque quiſpiam invitus ad hoc ipſum ab iisdem adigi queat, nihilo tamen minus conſtat & *in dict.* quoque *Monitis* recte obſervatum, quod hi ipſi Socii ſtipem illam tanquam ſibimet debitam exigere eandemque perſolvere negligentes aut recuſantes inſigniter traducere maleque de ipſis per integram urbem loqui, hocque modo invitos quaſi ad id, ut voluntati ſuæ ſatisfaciant, adigere, eo ipſo autem operum ab ipſis confectorum dominis, locatoribus aut emptoribus, præter mercedem aut pretium ab ipſorum Magiſtris plerumque ſi non nimis, ſatis tamen ſufficienterque intenſum, in privatum non modo illorum incommodum, ſed & in publicum quoque inſimul detrimentum, majores adhuc impenſas creare ſoleant.

§. XVI. Et quemadmodum *ſæpelaudata Deſignatio* mehrfacher Mißbräuche. 1.) *in fin.* §. 2. verbis hiſce ſequentibus: Wann ſich ein Handwercksmann ꝛc. zu einer / die zuvoraus von ihme oder einem andern zu Unehren gebracht worden / verheyrathet / ihme Ungelegenheit machen: inveteratum illum Opificum morem, juxta quem omnes ii, qui vel à ſemet ipſis, utut poſt celebrata demum ſponſalia per præmaturum concubitum, vel ab aliis quondam, ſponſis licet poſtmodum aufugientibus forte aut de vita decedentibus, volenter & haud invite, vel etiam vi metuque imprægnatas aut defloratas fœminas, utut deinceps honeſte ac continenter viventes, quin & famæ à Principe aut Comite Palatino reſtitutas, in uxores ducunt, etiamſi rei vel maxime fuerint inſcii, ab illorum Collegiis aut plane repelli aut difficulter admodum & non niſi ſub mulcta quadam ipſis, præter pœnam à Magiſtratu Politico dictitatam, tam à mare, quam etiam à fœmina, niſi hæc ipſa aliam pœnam, e. gr. in caſu præmaturi concubitus nonnullis in locis hoc, ut poſt puerperium coram Collegio altero pede calceo altero

autem

autem ſandalio compareat, vid ADR. BEIERUS *d. Domeſt. Opif. c. 3. §. 4. n. 133.* ſuſtinere velit, ſolvenda, vulgo einer Nach-Straffe / aut præbendo quodam ſympoſio, in cereviſiæ forte dolio aut aliquot cantharis vini, pane & caſeo aliisve conſiſtente, admitti ac, ne forte præter intentionem ejusmodi fœminæ irrepant, omnes Magiſterii Candidati, regulariter ubi Collegium tertia vice ſolicitant, ad ſponſam ſuam eidem nominandam atque, ubi hæc ipſa non eſt ex illa civitate, inſimul etiam ad natalitias ipſius literas exhibendas ſub pœna excluſionis adigi volunt: vid. ADR. BEIERUS *in dict. Tr. c. 2. §. 18. & 19. n. 106. ſqq. p. 23. & 24.* juncto, quod Ipſe *ibid. in cap. 3. §. 8. n. 149. ſqq. p. 34. ſq.* exhibet, quodam Collegii Opificiarii Reſponſo junctisque, quæ *in eod. c. 3. §. 11. n. 163. ſqq. p. 37. & 38.* adducuntur, diverſorum Statutorum Opificiariorum verbis: 2.) *in §. 7.* ejusdemque ſequentis tenoris verbis: wann einer aus denen Handwerckern mit dem Scharffrichter / Abdecker und dergleichen Leuten ungefährlich iſſet / trincket / oder ſonſt ſelbſt / oder durch die ſeinige bey derſelben Hochzeiten erſcheinet / und mit jemand derſelben tantzet / will man eine Unredlichkeit daraus erzwingen / und das Geſinde aufſſtehen: nimiam atque ſuperſtitioſam fere Carnificum, Excoriatorum, Lictorum, etiam non Criminalium, Vigilum nocturnorum aliarumque perſonarum ab Opificibus pro inhoneſtis habitarum averſationem, eo extendi ſolitam, ut, ſi quis cum ipſis comedat forte aut bibat, vel in illarum feſtivitatibus nuptialibus aut ipſemet compareat aut per ſuos, vel in iisdem aut in aliis quoque cum illis ſaltet, quin et ſi quis cum prioribus imprimis commerciorum tantum cauſa vel ex neceſſitate quoque, tanquam cum maritis forte aut parentibus converſetur aut quondam converſatus ſit, ſingularis ſtatim & ad dicendum quoque convicium nec non dictandam mulctam ſufficiens inhoneſtas exinde erui, immò, quod horrendum fere dictu, teſte B.

SAM. STRYCKIO *in not. ad IOH. BRUNNEMANNI Jus Eccl. L. 1. c. 6. §. 13. p. 197. ſq.* & *in U. M. Pand. ad tit. d. his qui not. infam. §. 4. in fin. p. 315.* Carnifices atque Excoriatores, ne quis cum iisdem S. Cœna utens maculam quandam incurrat, ab ejusdem cum aliis perſonis honeſtis recipiendæ conſortio excludi velint: 3.) *in §. 12.* verbis ſequentibus: ein Mißbrauch iſt auch/ daß die Meiſter ſeyn (k) auch in Lernung und bey Erlangung der Meiſterſchafften auch mit denen/ ſo Meiſters Wittib oder Tochter heyrathen/ beſſer und anderſt gehalten wird/ denn insgemein ꝛc. nimias Magiſtrorum Filiis iisque, qui Magiſtri cujusdam filiam ducunt aut viduam, tam circa Tyrocinium, quàm circa Speciminum artis confectionem, præ aliis in eo concedi ſolitas prærogativas, quod nimirum rat. *illius* non ſolummodò patri Magiſtro filium ſuum eo quo libet tempore, nulla prorſus ætatis habita ratione, in cunis quoque inſcribendum curare & tanquam Tyronem Collegio ſiſtere liceat, vid. ADR. BEIERUS *in dict. Tr. c. 9. §. 7. n. 453.* verùm etiam ejusmodi filio liberum penitus relinquatur arbitrium, num rite velit Opificium addiſcere, obſervatis diſciplinæ fatalibus, nec ne? vid. Reſponſum Cultrariorum Altenſteinens. ap. Eund. *in cit. Tr. & cap. §. 2. n. 441.* proindéque etiam miſſio illius adeo prorſus ſit arbitraria, ut vel tres quaterdenæ ſufficiant ad doctrinæ fatalia, vid. modocitatum Reſponſum *d. l.* junctis Statutis Lorariorum Cizens. *Art. XI.* ac Feneſtrariorum ejusdem loci *Art. IX.* ap. Eund. *in modoland. Tr. & cap.* §. 8. *n. 457. & 458.* quin & in cunis quoque illa ipſa fieri queat, vid. Id. BEIERUS *in dict. n. 458. & §. ſeq. 9. &* 10. *n. 459. & 461. poſterior* autem, prout vel ap. ADR. BEIERUM *in dict. Tr. cap. 6. §. 3. & 4. n. 335. ſqq. & cap.* 11. *§. 3. n. 508. ſq. & §. 5. ſqq. n. 515. ſqq.* vide-

(k) ſive, uti potius legendum eſſe, tantum non omnes ſuadent circumſtantiæ, Meiſter-Söhne.

videre eſt, quibusdam in locis ac Opificiis iisdem plane remittatur, in aliquibus verò juſto plus attemperetur: & denique 4.) *in §. 17.* ejusdemque verbis ſequentibus: Theils Handwercker wollen ſich von ihrer ordentlichen Obrigkeit Jurisdiction / in Handwercks-Sachen ſo gar eximiren / und auff ihre Erkanntnüß / Gebott und Verbott nichts geben / daß / wer bey der Obrigkeit unter ihnen derentwillen eine Klage angeſtellet / ſie ſelbigen darum ſtraffen / und von denen Erkanntnißen für ihren Handwerckern Haupt-Laden und Capituln provociret und remittiret ſeyn wollen: temerariam quorundam Opificiorum in cauſis opificiariis exemptionem à Magiſtratus Ordinarii Jurisdictione, in Imperialibus æque ac Municipalibus Civitatibus eo extendi ſolitam, ut illius cognitiones, mandata ac inhibitiones hac in parte flocci pendeant eosque, qui penes eundem actionem quandam inſtituunt, maxime quando deinceps cauſa ad ipſum delata ab eodem ad ipſorum Collegia reremittitur ad eandem ibidem expediendam, daſelbſt auszutragen / propterea mulcta quadam afficiant, quòd ſtatim Superiorem turbaverint, daß ſie gleich an die groſſe Glocke geſchlagen / eosdemque à Magiſtratu ad ſemet remittendos eſſe prætendant: in numerum & cenſum ſupra memoratorum Abuſuum retulit;

Ita nullam horum omnium ac ſingulorum *in ſæpe laud. Concluſo Communi* habitam fuiſſe rationem, eò magis miramur, quò, licet *primo loco recenſiti moris* intuitu negare nequeamus, quòd, ubi Statutum expreſſum adeſt ab eo ſancitum, penes quem poteſtas legislatoria eſt jusque tribuendorum Collegiorum, aut Conſuetudo eodem ſciente taciteque conſentiente introducta, eos, qui fœminas vel à ſemet ipſis vel ab aliis ſtuprum voluntarium paſſas, hujusce rei poſteriori in caſu non ignari, in uxores ducunt aut cum ſibimet deſponſatis nimis præmature concumbunt, ad Collegia Opificũ vel plane non, vel non niſi priùs ſoluta ipſis certa quadam mul-

cta

ſta admittens, *(l)* ejusmodi Statutum aut Conſuetudo propterea potiſſimum nullius planè accuſari queat irrationabilitatis, quoniam 1.) mulierem ab alio jam imprægnatam aut defloratam aut, quod magis, vitam meretriciam degentem ſcienter ducens ex vulgi præſertim opinione adeo non omni culpa expers eſt, ut potiùs hoc ipſo animum abjectum credatur oſtendere, quo ad perſonam contaminatam ſemet applicat, qùum purâ potiri potuiſſet atque alienæ ignominiæ purgandæ gratia ſuam exiſtimationem impendit, hocque modo ſpongia fit abſtergendæ alterius notæ, proindeque etiam in omnium ferme ore commune ſit dicterium atque Paroemia, tam à B. JOH. NIC. HERTIO *in Lib. I. de Paroem. Jur. Germ. Par. 12. p. 414. ſeqq. Vol. I. Opuſc. Tom. 3.* quàm à GE. TOB. PISTORIO *in Cent. 4. Theſ. Paroem. Germ. Jurid. ſub Num. VII.* peculiari conſideratione donatum: *Qui ſcienter meretricem aut conſtupratam ab alio in matrimonium ducit, eſt vel erit nequam aut ſceleſtus:* ſive, *illius animus non abhorrere videtur à proditione patriæ:* Wer wiſſentlich eine Hure oder geſchändete nimmt/ iſt entweder ein Schelm oder will einer werden: Oder/ der iſt ein Verräther des Vatterlands / oder will doch einer werden: 2.) tale quid non tam in pœnam ducentis conſtitutum intelligendum, quàm potiùs in odium fœminæ meretricio vitæ genere defunctæ ſtuprumve paſſæ, quò nimirum hac ratione delicta hæc carnis quotidie fere creſcentia eò ſeverius coërceantur, atque hoc ipſo impudicæ fœminæ ab iisdem eo faciliùs abſterreantur, ubi norunt, nullum ſemet ſperare poſſe honoratum matrimonium: aſt verò 3.) ei, penes quem poteſtas eſt leges ferendi, liberum indubie manet, ſtupri atque fornicationis pœnas, ita ſuadentibus circumſtantiis, vel exaſperare vel diminuere: 4.) ſiqui-

(l) uti e. gr. de Cultrariorum Altenſteinenſium & Steinbacenſium Statuto, ipſis in præmature concumbentes, præter pœnam à Magiſtratu irrogatam, adhuc mulctam quandam dictandi facultatem tribuente, ADR. BEERUS teſtatur *in Tr. de Domeſt. Opific. cap. 3. §. 2. in fin. num. 128.*

quidem etiam in ducentis pœnam tale quid conſtitutum dici mereretur, nulla tamen eidem injuria fieret, cùm illud omne ſibimet ipſi eique imputare debeat, quòd pœnæ hujus probe conſcius in aliarum honeſtarum fœminarum copia, talem nihilominus thori ſociam, cujus virginitatis flores jam decerpſit alius, elegerit eoque ipſo tacitè ſemet ejusmodi pœnæ ſubdiderit: 5.) in caſu, quo quis à ſemet ipſo imprægnatam aut præmaturo concubitu pollutam in uxorem duxit, is ipſe majoris adhuc culpæ propriique delicti reus exiſtit, proindéque etiam à Collegiis Opificum eo majori cum jure repudiari poſſe videtur; & denique 6.) ea, quæ per ſubſequens matrimonium fieri dicitur à JOH. LUPO *in Tr. de Matrim. & Legitimat. p. 2. num. 24. ſeqq.* MATH. BERLICHIO *in part. 2. Dec. 299. num. 9.* BEN. CARPZOV. *in Lib. VI. Reſp. Jur. Elect. Reſp. 99. n. 8 & 9.* & HENR. HAHNIO *in not. ad MATH. WESENBECC. tit. de St. Hom. p. 73. b. in fin. & 74. a. pr.* labis illius expiatio non niſi ex doctrina Juris Canonici provenit, omneque fundamentum ſuum in favore atque honore matrimonii habet, proindéque etiam jure contrario validè omnino eóque faciliùs tolli poteſt, quò non ſolummodò jam abs JOH. SAM. STRYCKIO *in Exerc. Acad. de Reliquiis Sacramenti in Matrimonialib. cap. 3. §. 44.* DN. JUSTO HENNING. BOEHMERO *in Emend. & Additam. ad JOH. SCHILTERI Inſt. Jur. Can. Lib. II. tit. 11. §. 7. n. 12. p. 272.* &, contra DN. MICH. HENR. GRIBNERUM *in Diſſ. de his quæ ex Jure Proteſtantium matrimoniali ad reliquias ſacramenti perperam referuntur* §. 34. contrarium defenſitantem, à *modo laud. Exerc. Stryckianæ* Reſpondente & Authore, JOH. PHIL. ODELEM *in Ejusdem Apologia Juridico-Polit.* §. 34. *p.* 54. obſervatum fuit, quòd ſub favore atque honore matrimonii haud raro Sacramenti Pontificii ratio lateat: ſed & omni prorſus matrimonii honore atque favore indigni judicandi, qui illud ipſum antea dehoneſtarunt, non minùs, quàm legum auxilio ii, qui contra easdem peccarunt: Quoad *ſecundum* autem, ob eam, quæ juxta *ſuperiùs in cap. hujus §. 5to pag. 69. ſeqq.* addu-

 cta

ſta nunc hodie de Carnificibus, Excoriatoribus atque Lictoribus Criminalibus obtinuit, opinionem notumque illum verſiculum:

Noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe:

non poſſit non nimia non modo atque fraterna quaſi cum hisce perſonis familiaritas famã alicujus aggravare quin &, ubi quis ſub pœna excluſionis ab Opificio ejusmodi converſatione interdictus ab eadem tamen non abſtinet, hoc operari, ut prævià Magiſtratûs cognitione minæ illæ executioni dari queant, per tradita BEN. CARPZOVII *in Pr. Crim. Part. III. qu. 137. n. 59.* ubi tria hanc in rem allegat Scabinorum atque JCtor. Lipſienſ. Reſponſa. de Ao. 1609. 1629. & 1630. B. FROMMANNI *in Diſp. de Levis notæ mac. th. 37. pag. 29.* HENR. LINCKII *in Diſp. Altd. hab. Ao. 1680. de Fraternitate Compotatoria th. 16. p. 17. ſeq.* SAM. STRYCKII *in not. ad SCHUTZII Comp. Jur. tit. de his qui not. infam. p. 64. verb. Carnifices p. 130. in fin. & in Uſ. Mod. ad eund. tit. §. 4. p. 315.* ILL. L. B. DN. de LYNCKER *in Vol. I. Conſ. & Reſp. 191. n. 7. p. 196. a.* & SAM. FRID. WILLENBERGII *in Diſp. Pol. Jur. Gedani hab. 1701. de Jure Conviviorum cap. 3. §. 6. p. 15.* verùm etiam, cùm bonæ exiſtimationis tanta viris honeſtis cura incumbat, ut nihil admittere debeant, quod huic officere vel videri tantùm poſſet, conſultius omnino eſſe, ut quis, in quantum poſſibile, eorum conſortium effugiat, qui cum nemine meliùs converſari poſſe creduntur, quàm cum maleficis: Quoad *tertium*, varias equidem atque inſignes prærogativas, quibus Magiſtrorum filii iique, qui illorum filias ducunt aut viduas, præ extraneis in eo gaudent, quòd e. gr. nonnullis in locis atque Opificiis (α) janua ipſis pateat ad Parentum ſuorum Collegia, etiamſi aliud quoddam Opificium didicerint: de quo vid. ADR. BEIERUS *in Tr. de Domeſt. Opif. cap. XI. §. 2. n. 441. p. 105.* (β) arbitrium habeant optandi Magiſtrum, quem velint, Patrem an extraneum: de quo IDEM *in dict. Tr. & cap. §. 3. n. 442.* (γ) in diſciplina molliori gaudeant tractatione: de quo JD. *d. l. §. 7. n. 455. p. 108. ſeq.* (δ) non obligati ſint ad ſervandum ſtatum Boëthorum, aut ſiquidem

eundem

eundem ſubeant, in operando æque ac peregrinando, pro diverſitate Opificiorum, nonnihil præcipui habeant, vid. Jd. BEIERUS *in dict. Tr. cap. 10. §. 1. ſeqq. n. 467. ſeqq. p. 112. ſeqq.* neque mox ex obtenti ſtatus tempore conferre teneantur ad excipiendos peregrinantes ſocios: JD. *d. l.* §. 3. *n. 477. p. 114.* (ε) in promotionibus, ubi cum extraneis ad Magiſterium concurrunt, hisce præferantur: JD. *cit. Tr. cap. 11. §. 1. n. 503.* (ζ) ab annis probationum, fatalibus ſollicitationum & ſportularum, ſive pro Jure Collegii, introitu Epulisque Collegiis, ſive aliis ex capitibus cauſis piis atque Magiſtratui pendendarum, ſolutione ſi non in totum liberentur, ad minimum tamen haud parum ſubleventur: JD. *dict. num. 503. & §. 3. ſeq. n. 505. ſeqq. p. 121. ſq. & c. 12. §. 2. n. 554. ſeq. p. 133. ſqq. & §. 5. ſeq. n. 562. ſeqq. p. 135. & 136.* ſicut etiam (η) in Junioratu: de quo JD. *dict. cap. 12. §. 6. n. 569. ſqq. p. 137. ſeq.* tanto minus ipſis invideamus, quanto magis certum eſſe arbitramur, quòd illæ ipſæ ſtatui publico non ſint adeo nocivæ, atque Opificibus favori pro ſe introducto (i. e. præſtationum, quibus absque ejusmodi immunitatum conceſſionibus fruerentur, perceptioni) omnino renunciare liceat, quantoque magis non ſolummodo ex *L. 11. §. 1. in fin. & L. 13. in med. C. de Advoc. div. Jud.* pateſcit, quòd jam olim quoque apud Romanos Advocatorum ordinariorum filii cæteris ſupernumerariis antepoſiti fuerint, ſed & præterea conſtat, quòd etiam in variis Germaniæ noſtræ Academiis Profeſſorum filii quique eorundem filias ducunt, circa Examina Graduumque Academicorum collationes variis præ aliis prærogativis gaudeant; Et denique quoad *quartum*, Collegiis Opificum adeo non vertamus vitio, quòd tam de Jurisdictione ſua in genere, in ſuperioribus, *cap.* ſcil. 1. *§. 2. p. 11. & 12.* à nobismet ipſis unà cum uno & altero mixti Imperii gradu iisdem tributa, quàm in ſpecie quoque de prima in cauſis opificiariis inſtantia, iisdem cùm ab ADR. BEIERO *in Tr. de Advoc. Rer. Opif. cap. 10. §. 3. n. 680.* JOH. WOLFG. TEXTORE *in Diſp. de Jurib. Opif. part. 1. th. 9. in not.* aliisque, tum in ipſis-

 met

met Imperii noſtri Conſtitutionibus, *Ref.* nim. *Pol. Aug. de Anno 1530. tit.* von geſchenckten und ungeſchenckten Handwercken ꝛc. *39.* §. dieweil ꝛc. 1. & *in Ref. Pol. Aug. de Anno 1548. tit.* von Handwercks-Söhnen ꝛc. *37.* §. dieweil ꝛc. *2. in fin.* verbis hisce ſequentibus: Und was ſonſt ein jeder Sprüch und Forderung zum andern um Sachen / ſo ein Handwerck nicht betrifft / hätt / oder zu haben vermeint / das ſoll ein jeder vor der Oberkeit / oder Flecken / darinn ſie betretten werden / oder ſich enthalten / und um Sachen ein geſchenckt oder nicht geſchenckt Handwerck belangend / vor der Zunfft / oder demſelben Handwerck nach gutem ehrnbarn Brauch / wie ſich gebürt / austragen ꝛc. luculenter ſatis conceſſâ, neque, ob ſemper in dubio præſumendam legum concordiam, in R. I. Aug. *de Anno 1559.* §. es ſollen auch *78.* & *Ref. Pol. de Anno 1577. tit.* von Handwercks-Söhnen ꝛc. *38.* §. *es* ſollen auch ꝛc. *4.* (ubi in verbis: auch ein jeder ſeine Sprüch und Forderung / ſo er zu dem andern in Sachen das Handwerck oder anders betreffend / hätt / oder zu haben vermeinte / vor der Oberkeit oder Flecken / darinn ſie betretten werden oder ſich enthalten / der Gebühr austragen ꝛc. generaliter omnes omnino Opificum cauſæ coram ejus loci Magiſtratu expediendæ eſſe traduntur, in quo Opifices deprehenduntur aut degunt) adempta, legitime manutenenda allaborent, ut potiùs, ſiquidem alicubi hoc ipſum primæ inſtantiæ Jus privative ipſis conceſſum in illudque turbantes pœnam quandam ſtatuere permiſſum ſit, (*ll*) & illud recte ſibimet privative vindicare & hancce quoque omnino executioni dare poſſe, lubenter admodum concedamus cum JOH. WOLFG. TEXTORE *in dict. loc.* & ADR. BEIERO *in modo cit. Tr. & cap.* §. *6. n. 692.* etiam absque ejusmodi Statuto hoc ipſum Jus Collegiis Opificum vindicantibus;

Atta-

(*ll*) uti e. gr. de Civitate Mechlinenſi GE. AD. STRUVIUS teſtatur *in Dec. Jur. Opific. 63. p. 106. ſeqq.*

Attamen *prioris* ſtatim *inſtituti* intuitu, Collegiis Opificum ea, quæ per legem publicam aut conſuetudinem legitimam conſtitui poſſe ſupra diximus, privatis tantum auſibus, in honeſtatis equidem ac diſciplinæ ſtudio prætextum quærentibus revera autem monopolium iterum intendentibus, introducere &, quod magis, ulteriùs adhuc ad eos quoque, qui ab aliis vitiatas fœminas facti minime gnari, nec non ad eos, qui per vim forte conſtupratas, quin imo, prout noviſſime demum in Civitate Imper. Biberacenſi à Fabrorum Collegio attentatum fuiſſe meminimus, ad eos etiam, qui famæ legitime reſtitutas matrimonio ſibimet jungunt, extendere volentibus ideo potiſſimùm tale quid minime indulgendum eſſe opinamur, quoniam 1.) in genere obſervandum, quòd Collegia Opificum, quoties poteſtatem ſibimet vindicant in quæſtionibus Juris aut circa delicta communia aliquid diſponendi præterque pœnas à Magiſtratu Politico in illa ipſa ſtatutas ulteriores irrogandi, toties inſignem prorſus abuſum committant qualiscunque ſibimet tributæ Jurisdictionis, vid. BEN. CARPZOVIUS *in P. 2. Ipr. For. C. 6. D. 10. n. 3. ſeqq. & in P. 3. Dec. Ill. Sax. Dec. 285.* PHIL. RICHTERUS *in P. 2. Dec. 80. n. 8.* PHIL. KNIPSCHILD *in Lib. V. de Jur. & Priv. Civ. Imp. c. 2. n. 61.* AH FRITSCHIUS *de Coll. Opif. P. 1. c. 3. §. 4. n. 16.* JOH. WOLFG. TEXTOR *in Diſp. de Jur. Op. P. I. in not. ad th. 9.* FRID. PHILIPPUS *in Diſp. de Coll. Op. th. 45.* ADR. BEIERUS *in Tr. de Adv. Op. c. 4. §. 8. ſeqq. n. 222. ſqq.* & GE. AD. STRUVIUS *in Dec. 17. Jur. Opif. p. 47.* haud quaquam ipſis ſuffragante nimis ſubtili ſua inter ſtatum civilem atque opificiarium diſtinctione, da ſie einen zwar vor einen ehrlichen Mann und Burger / aber vor keinen ehrlichen Meiſter halten wollen / utpote valde inepta &, tanquam in ſolo ipſorum cerebello nata, eò minùs quidquam præcipui ipſis præ aliis ſtatibus tribuere valente, quò partim jam *ſupra in §. prox. præc. 15. pag. 132.* evictum, quòd Collegia Opificum non deceat honoris ſui gradum pro lubitu tantùm definire, partim verò ſatis eſt abſurdum, ad capeſſen-

da aut retinenda Collegii Jura antehac admodum inhabiles reputatos ab Opificibus privata mox auctoritate per ſitibundi gutturis ſui humectationem (ihr Gurgel waſchen) habiles perque idoneos reddi poſſe: 2.) autem quoad illos in ſpecie, qui ab aliis quàm à ſemet ipſis vitiatas fœminas ducunt, ulterius adhuc, & quidem quantum ſpeciatim eos attinet, qui matrimonio ſibimet jungunt (α) tales, quæ absque multo delectu & ſine pudore ſuccubuerunt viris, attendendum atque notandum, quod, ſicuti Jura noſtra communia, utut ejusmodi fœminas ipſas infamiæ (m) aut (n) levis ſaltem notæ macula notaverint, juxta *L. 43. §. 4. ff. de R. N. & arg. L. 24. ff. de his qui not. inf.* eo ipſo tamen, quo non impediendam eſſe volunt dignitatem ejus, qui nihil admiſit, in *L. 6. pr. ff. de Decur.* neque innocentem puniri ſinunt aut culpæ alicujus reum fieri, juxta *L. 26. ff. & L. 22. C. de pœn.* & quo de illo, qui meretricem è lupanari extraxerit inque uxorem duxerit, ſtatuere non dubitant, quòd egregium charitatis atque miſericordiæ opus faciat ad peccatorum remiſſionem ipſi inſerviturum, in *cap. 20. X. de Sponſal.* ſatis utique innuunt, quòd in ducendo fœminam à pluribus conſtupratam adeo nullum prorſus ſit vitium, ut ſi quis talem rei licet vel maxime conſcius in thori adoptet ſociam, neque tamen propterea ullius culpæ reus neque ejusdem ignominiæ particeps neque inhabilis fiat ad Collegia Opificum; Ita hisce ipſis Collegiis plane non poteſtas competat ejusmodi maritos privata auctoritate à ſuo conſortio excludendi aut mulcta quadam afficiendi, maxime quando eosdem fœminæ talis vitæ genus matrimonii initi tempore latuit, utpote quo in caſu non tantùm majori adhuc venia digni, ſed & ab ipſius ſupra adductæ paroemiæ indignatione, ob voculam wiſſentlich ibidem contentam, immunes reputandi: vid. B. HERTIUS *in ſupracit.*

(m) Si B. LAUTERBACHIO *in Coll. Pand. Th. Pr. ad tit. de his qui not. inf. §. 12. n. 3. & ad tit. d. L. Jul. de Adult. §. 54.* aliisque credamus.

(n) ſi DN. HEINECCIO adſtipulemur *in ſæpelaud. Diſp. de Levis not. mac. §. 24. p. 42. ſeqq.*

pracit. Lib. I. Par. 12. §. 4. & GE. TOB. PISTORIUS *in itid. ſupracit. Cent. IV. Par. Germ. Jur. Par. 7. n. 5.* (β) puellam aut viduam ex amoris libidinisve œſtro ſemet ab aliquo ſubigi paſſam, quòd, cùm non ſolummodò ante adducta & in hocce caſu locum inveniant, verùm etiam iisdem adhuc accedat, quòd ne ipſæ quidem perſonæ ſtuprum inferentes aut patientes jure Collegii opificiarii ullibi in Jure priventur, è contrario autem æquitas ſuadeat, ut eædem, ſiquidem maculam ex ſtupri condemnatione contractam vita emendatiore eluant, ad Senatoriam quoque dignitatem admittantur, vid. B. D. BARDILI *in Concl. Th. Pr. ad XXV. Pand. Libr. Poſt. Ex. 35. Concl. 14.* atque præterea etiam ejusmodi maritis ne levis quidem notæ macula adſpergi queat, vid. B. FROMMANNUS *in ſæpel. Diſp. de Lev. not. mac. th. 39. p. 31.* neque ad eosdem rigor extendi mereatur ſupra memoratæ paroemiæ, vid. JOH. NIC. HERTIUS *d. l.* §. 5. & GE. TOB. PISTORIUS *in loc. cit. n. 6.* exinde ſua ſponte fluat, nec horum excluſionem à Collegiis Opificum aut mulctationem privata tantùm auctoritate factam ullum mereri calculum, vid. omnino BEN. CARPZOVIUS *in P. 2. Ipr. For. C. 6. d. 14. n. 2. ſeqq.* MATH. BERLICHIUS *in P. 2. Dec. Aur. Dec. 299. n. 15. & multis ſqq.* AH. FRITSCHIUS *de Coll. Opif. P. 2. c. 4.* §. *4. n. 12. ſeqq.* B. LAUTERB. *in Coll. Pand. Th. Pr. ad tit. de his qui not. inf.* §. *28.* & ADR. BEIERUS *in Tr. de Coll. Opif. c. 5.* §. *9. n. 250. ſeqq.* proindéque etiam pro ejusmodi maritis non ſolummodo (teſte Eod. BEIERO *in d. l.* §. *ſeq. 12. ſive potius 10. n. 255.*) à Regimine Principatus Jenenſ. d. 15. Apr. Anno 1681. & paulo poſt etiam abs Regimine Epiſcopatus Naumburgenſ. verùm etiam contra Lanionum Lipſienſium Collegium, à Scabinis ejusdem loci Anno 1631. Menſ. Sept. ap. BEN. CARPZOVIUM *d. l. in fin.* & contra Senatum Bornenſem à JCtis Lipſienſibus Anno 1636. Menſ. Mart. ap. MATH. BERLICHIUM *d. l. n. 41.* jure meritoque pronunciatum fuiſſe: (γ) famæ reſtitutas ejusmodi mulieres, quòd, cùm perſonæ famæ legitime reſtitutæ ipſæ nullo modo excludi debeant

beant à Collegiis Opificum, non poſſit non plus quam temeraria dici ejusmodi maritorum excluſio atque mulctatio: (δ) ab alio vi conſtupratam, quòd, ſicuti ejusmodi fœmina ipſa ob innocentiam ſuam nullam plane pœnam incurrit nullamque patitur exiſtimationis ſuæ læſionem, juxta *L. 13. §. 7. L. 39. pr. ff. & L. 20. C. ad L. Jul. de Adult.* eaque quæ inter alios B. LAUTERB. habet *in dict. Coll. ad cit. tit. de L. Jul. de Adult. §. 40.* in tantum, ut ex mente quorundam Doctorum, (*o*) recte tamen ab Eod. LAUTERBACHIO non minus, quàm à B. DN. FROMMANNO *in dict. Diſp. th. 57. p. 44.* & JOH. JOACH. SCHOEPFFERO *in Diſp. Francof. ad Viadr. hab. Anno 1689. ibidemque recuſa Anno 1713. de Virginum Juvenum Privilegiis c. 2. n. 40. p. 22.* refutatorum, ſertum quoque virginale adhuc geſtare ipſi ſit integrum, ita multo minùs de illo, qui legitimo eandem ſibimet matrimonio junxit, cum ratione aſſeri queat, quod hoc ipſo maculam ſibimet conciliaverit excluſione à Collegiis Opificum aut mulcta aliqua dignam, atque dehinc quoque ejusmodi Opificem ad dicta Collegia omnino admittendum eſſe, recte judicaverint Anno 1634. Menſ. Sept. Scabini Hallenſes ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. 5. Jur. Opif. p. 5. & 6.* (ε) ac ultimo puellam ante Sacerdotalem Benedictionem à Sponſo ſuo poſtmodum vel aufugiente vel de vitâ decedente cognitam, quod, quemadmodum ejusmodi puellæ à ſtupri vere & proprie ſic dicti crimine ac pœna atque ab omni prorſus infamiæ aut levis notæ macula jam dudum ab ipſomet B. LUTHERO *in Tom. VI. Op. Witeb. p. 256.* ut & à BEN. CARPZOVIO *in P. 2. Ipr. For. C. 6. d. 13. n. 5. ſeqq. & in Pr. Crim. P. II. qu. 69. n. 47.* B. LAUTERBACHIO *d. l. §. 37. in fin.* aliisque, & quidem eo rectius, immunes judicatæ ſunt, quò non ſolum de perſonis deſponſatis notum eſt, quod illæ ipſæ tam in Jure Divino quàm in Jure Canonico atque Civili quodammodo

(*o*) Quibus cum etiam JOH. HENR. MEIERUS facere videtur *in Diſp. Erf. hab. Anno 1693. denuoque recuſa Anno 1713. de Serto Virginum* vom Jungfern Crantz *c. 2. §. 9. & cap. imprimis 5. §. 2.*

modo jam pro conjugibus habeantur atque in variis horundem Jurium textibus, inter alios à B. LAUTERB. *in dict. Coll. ad tit. de Sponſal.* §. 35. adcitatis, hoc ipſo titulo nominatim inſigniantur, ac à Doctoribus jam ante Sacerdotalem Benedictionem jus ad rem, ſive ad communicationem corporum per legitimam matrimonii conſummationem transferendam habere dicantur, ſed &, quòd de iisdem, ubi Sacerdotali Copulæ carnalem præmiſerunt, ob nullo non tempore in dubio capiendam præſumptionem delicti excluſivam ſuperiusque adductum proverbium: Man ſolle lieber zehen bey Ehren erhalten, als einen zum Schelmen machen, omnino præſumendum ſit, tale quid ad conſummandam magis promiſſionem ſuam, quàm ad ſtuprum committendum factum fuiſſe, proindéque etiam illæ ipſæ non tam graviter, ſed in eo tantùm peccaverint publicamque animadverſionem, ſtupri tamen pœnâ longe mitiorem nullamque prorſus infamiam aut levis notæ maculam inferentem, commeruerint, quòd præpoſtere & contra diſpoſitionem egerint Legum Eccleſiaſticarum, interim tamen nihilominus ſponſo deinceps ante Benedictionem Sacerdotalem ſive aufugiente ſponſamque imprægnatam aut vitiatam deſerente ſive de vita decedente, per concubitum illum adeo contractum cenſeatur legitimum matrimonium, ut priori in caſu deſerta unà cum fœtu in bona abſentis ad alimenta conſequenda æque ac uxor legitima alia immitti, in poſteriori autem & ſuperſtes ejusmodi fœmina pro legitima prædefuncti vidua & partus ex ipſa natus pro legitimo ipſius herede haberi ſoleat ac debeat, perpluribus ad liquidum perductum eſt ab AUTHORE Anonymo eines zu Deventer *Ao.* 1720. heraus-gekommenen abgezwungenen Beweiſes / daß Verlobter beyſammen ſchlaffen vor Prieſterlicher Copulation keine ſo groſſe Sünde oder Schande dahero auch mit der Kirchen-Buße nicht zu belegen ſeye / PHIL. RICHTERO *in P. 3. Dec.* 133. B. LAUTERB. *in dict. Coll. & tit.* § 34. B. DN. FERD. CHRIST. HARPPRECHTO *in Diff. Jur. Comm. & Prov. March Bad. P. VII. tit. 34. th. 36. circa fin. in Vol. II. Conſ.* 24. *n.* 16. *multisque ſqq. & Conſ.* 25. *num.* 84. *& mult. ſqq. & in Diſp. de Jur.*

Liberor. à deſponſatis ante Bened. Sacerd. nec ex poſt ſubſecutam procreator. per tot. nec non REINH. FRID. SAHME *in Diſp. Regiom. hab. Anno* 1720. *de Matrimonio legitimo absque Bened. Sacerd.* §. 16. & 17. *p.* 28. *ſqq.* Ita multo minus de mare ejusmodi puellam ducente cum fundamento dici queat, quòd hoc ipſo maculam quandam ſibimet accerſiverit aut pœnam meruerit ſive pecuniariam ſive excluſionis à Collegiis Opificum, vid omnino PHIL. RICHTERUS *dict. loc. num.* 34. *ſqq.* proindéque etiam pro eodem jure meritoque eatenus pronunciatum fuerit Anno 1634. Menſ. Sept. à Scabinis Hallenſibus, ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec.* 5. *Jur. Opif. p.* 5. & 6. Et denique 3.) ac ultimò quoad eos, qui cum uxore ſua ante contractum legitimum matrimonium vel tanquam cum ſponſa præmaturè concubuerunt vel aliàs illicite coierunt, animadvertendum, quòd, cùm non ſolùm neque priores perſonæ, ob modo adducta, incuſari queant ſtupri propriè ſic dicti, neque etiam poſteriores, poſtquam vel ex traditis BEN. CARPZOVII *in Ipr. For. P.* 2. *C.* 6. *d.* 13. *n.* 2. *ſqq.* & *in Pr. Crim. dict. qu.* 69. *n.* 51. *ſqq* B. D. HARPPRECHTI *in antelaud. Differ. ad cit. Part. VII. tit.* 33. *th.* 35. *p.* 212. *princ.* & *in dict. Diſp. c.* 1. *th.* 10. *p.* 9. *ſqq.* aliorumq; conſtat, quòd & duabus perſonis cœlibib⁹ aut viduatis absq; præviis ſponſalibus vel ſimpliciter vel ſub clandeſtina matrimonii promiſſione concumbentibus poſteaq; matrimoniũ ineuntibus, ob ſupra memoratam præſumptionem delicti excluſivã inque honorem matrimonii, concubitus ille ſub ſpe inſecuturi matrimonii factus ipſæque non alia quàm conjugali intentione coiiſſe atque celeritate negotiorum expediendorum, actu intermedio (ſponſaliorum ſcil. celebratione) utpote in contrahendo matrimonio bene abeſſe valente omiſſo, recta via ad nuptias proceſſiſſe ac ex eo ſtatim tempore ſponſi ſponſæque, ſive conjugum potiùs, reſpectum induiſſe, adeoque ne tunc quidem ſtuprum propriè ſic dictum commiſiſſe videantur: verùm etiam præterea in utroque caſu omnis quæ forte per præmaturos ejusmodi concubitus contracta fuit macula ac labes, juxta *ſupra in pag.* 145. laudatorum aliorumque à B. DN. D. HARPPRECHTO *in dict. Conſ.* 24. *n.* 117. *ſqq.* hanc in rem adcitatorum Docto-

rum

rum tradita, ipſorum quoque præmature concumbentium intuitu per ſubſequens matrimoniũ (utpote quod ex retrotractiva fictione juris ab initio ſtatim ipſoque cohabitationum illarum tempore adfuiſſe cenſetur) penitus abolita atque purgata ſit; nec in ejusmodi maritis quidquam occurrat excluſione à Collegiis Opificum dignum, vid. BEN. CARPZOVIUS *in P. II. Ipr. For. dict. loc. n. 4.* DAV. MEVIUS *in P. III. D. 39.* JOH. BRUNNEMANNUS *ad L. fin. ff. de Coll. & Corp. num. 2.* P. MULLERUS *de Hierol. ſiv. Bened. Sacerd. Sect. 5. th. 5.* ADR. BEIERUS *de Coll. Opif. c. 4. §. 3. n. 124. ſqq.* SAM. STRYCKIUS *de Diſſenſu Sponſal. Sect. 4. §. 28. p. 156.* & B. DN. HARPPRECHTUS *dict. loc. n. 88. ſqq. & n. 135. ſeqq.* atque dehinc etiam pro iisdem hac in parte eò rectiùs pronunciaverint cùm Scabini Lipſienſes, Anno 1629. Menſ. Sept. *1630.* Menſ. Mart. 1634. Menſ. eod. & 1636. M. Febr. juxta BEN. CARPZOV. *in fin. dict. Def. 13.* tùm J. C. Jenenſes Ao. 1633. M. Sept. & 1636. M. Jun. juxta PHIL. RICHTERUM *in P. 2. D. 80. n.* 18. & tum dedenique, teſtante HENR. HAHNIO *in not. ad MATH. WESENB. tit. de his qui ſui l. al. jur. ſunt n. 2. verb. per ſubſeq. matr. p. 74. a.* non una vice Fac. Jur. Helmſtad. quò nulli dubitaremus de Jure communi idem omnino dicere atque ſtatuere, etiamſi (α) uxor priùs imprægnata aut vitiata Opilionis forte aliûsve ab Opificibus ſtatus controverſiam patientis filia eſſet, cum iisdem Scabinis Lipſienſibus ap. cit. CARPZOV. *in Lib. VI. Reſp. 99. n. 16.* & cum ADR. BEIERO *in Tr. de Magiſtr. cap. 4. §. 4. n. 142. & 143.* (β) etiamſi illa ipſa vidua fuiſſet, intra annum luctûs eo tamen tempore ſemet à præſente marito ſubigi paſſa, quo eandem ex prædefuncto gravidam non eſſe certo certius conſtat, cum Eod. BEIERO, id ipſum *in Tr. de Coll. Op. c. 5. §. 13. ſqq. n. 260. ſqq.* contra DAV. MEVIUM *in pec. Reſp. Comment. ſuo ad Jus Lub. ſub Num. VI. pag. 57. & multis ſeqq. adjecto* contrarium defenſitantem, latiſſime & per aliquot plagulas docente, & cum Senatu Mülhuſano Collegioque JCtor. Jenenſ. Ao. 1629. Menſ. Sept. atque Decemb. ita quoque judicantibus, ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Opif. 24. p. 52. ſeqq.* & denique (γ) etiamſi Statutum expreſſum extaret ad capeſ-

 ſenda

ſenda Collegii Jura non niſi Magiſtrorum filios aut eos admittens, qui illorum filias aut viduas ducunt, illeq; qui viduam talem intra annũ luctus cognovit poſteaq; in uxorẽ duxit extraneus eſſet, contra ADR. BEIERUM, in hujusce quæſtionis latius ab ipſo *in Tr. de Domeſt. Opif. c. 5. §. 26. ſqq.* pertractatæ reſolutione aliquantulum titubantem. *Alterius* autem *Conſuetudinis* reſpectu indubium eſſe credimus, quòd ea, quæ de eadem ſupra adduximus, admodùm inſulſa ac pro parte abominanda prorſus atque deteſtanda ſint, dubioque procul partim *ſuperius in not. ad cap. hujus §. 5. lit. a. b. & c. p. 63. ſqq.* refutatam illam de Carnificum, Excoriatorum, Lictorum, Vigilum nocturnorum, Bajulorum &c infamia aut levis ſaltem notæ macula opinionem, partim verò itidem jam *ſupra in ejusdem cap. dict. §. 5. p. 46.* profligatam phantaſiam, ac ſi nimirum macula cuidam inhærens non ſecus quam contagioſa quædam lues omnes illos inficeret, qui cum ipſo quacunque ratione converſantur, pro vero atque genuino fundamento habeant, proindéque etiam non ſolùmmodo (α) pro Opificibus cum Carnificibus, occaſione ita ferente, bibentibus aut converſantibus à JCtis Jenenſ. Anno 1621. Menſ. Mart. ap. PHIL. RICHTERUM *in dict. p. 2. D. 80. n. 20.* & GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Opif. 45. p. 85.* verùm etiam (β) pro eo, qui cum aliis perſonis honeſtis Carnificis nuptiis intererat, à Scabinis Hallenſibus, in Reſponſo Senatui ejusdem loci Menſ. Aug. Anno 1617. impertito atque à modo laud. STRUVIO *in Dec. 46. p. 85. & 86.* exhibito: nec non (γ) pro Coriario, qui Excoriatoris officinam conduxit aut propter debitum in eandem à Magiſtratu immiſſus eſt, pellesque animalium demortuorum aut percuſſorum cadaveribus vel per Excoriatorem ipſum vel per ipſius miniſtrum detrahi factas deinceps perfecit, ab AH. FRITSCHIO *in Tr. de Coll. Opif. p. 2. c. 4. n. 8. p. 35.* ILL. DN. BERGERO *in Diſp. de Lev. not. mac. th. 20.* & jam ante hos à Collegio Jurid. Jenenſ. in Reſponſo cuidam Coriario, eapropter à ſuis Collegis controverſiam paſſo, Anno 1606. Menſ. Jul. dato atque à PHIL. RICHTERO *in d. l.*

n. 21.

n. 21. & ex illo à B. DN. D. HARPPRECHTO *in Vol. Nov. Conſult. Crim. & Civ. Conſ. 15. n. 24. p. 326. b.* exhibito: & denique (*δ*) etiam pro ipſis Carnificum liberis, teſte B. DN. FROMMANNO *in ſæpelaud. Diſp. th. 37. p. 30.* Anno 1660. d. 15. Octobr. ab inclyta Facultate Jurid. Tubing. quin &, ut *ſupra in not. ad cap. hujus §. 5. lit. e. p. 75.* dicere antevertimus, pro Excoriatorum quoque à JCtis Jenenſibus in diverſis Reſponſis ap. PHIL. RICHTERUM *in loc. ibid. cit.* jure meritoque pronunciatum fuerit. Rat. *Tertii moris* verò prærogativæ illæ Magiſtrorum filiis tribui ſolitæ non poſſunt non tunc omni jure eſſe exoſæ nulloque modo ferendæ, ubi ipſæ non publicæ modò rei, ſed & ipſis Magiſtrorum filiabus aut viduis ſunt nocivæ; id quod in iis, quæ *ſupra in pag. 142.* recenſuimus, Tyrocinii atque Speciminum artis levaminibus, non obſtantibus, quæ in favorem Opificum ex ADR. BEIERI *Tr. de Dom. Op. c. 11. §. 7. n. 524. ſeqq. p. 175. ſeqq.* aliundeve accerſiri poſſent, ratiunculis, utpote ab Eodem jam *ibid. in §. 11. ſeqq. n. 538. ſeqq. p. 129. ſeqq.* ex aſſe confutatis, propterea haud dubie contingere exiſtumamus, quoniam hoc modo & Magiſtrorum filiis anſa præbetur ad ſegnitiem, atque deinceps Reſpublica inutilibus repletur hominibus, & ex extraneis ineptiſſimus quisque arti ſuæ diffidens hoc modo ope uxoris ad Opificia adſpirare poteſt, rei non tantum publicæ poſtmodum moleſtus, ſed & (ut ab ADR. BEIERO quoque *in dict. Tr. & cap. §. 10. n. 532. & c. 4. §. 6. n. 192. p. 44.* probe obſervatum) ipſismet uxoribus ſuis, utpote quibus per tales ineptos maritos neutiquam eſt proſpectum, indeme ſie hernach übel bey ihnen verſorget ſeynd / und öffters mit guten Zähnen übel beiſſen müſſen / ita, ut in easdem hac in parte non male quadrent, quæ nimiæ teſtamentorum militarium extenſionis occaſione TRAJANUS Imp. diſſeruit in Reſcripto ſuo ad STATILIUM SEVERUM emiſſo & tam *in L. 24. ff. de Teſt. mil.* quam *in §. 1. Inſt. eod.* exhibito, quòd nimirum non ullorum magis interſit, quàm ipſarum, quibus ejusmodi privilegium vult concedi, illud ipſum non admitti. Et denique *quarti ultimique inſtituti* intuitu, ſtudium

 iſtud

iſtud Jurisdictionem ſuam manutenendi juſtum eſſe debet atque legitimum neque ad reſtrictam Collegiorum Jurisdictionem in Superioris præjudicium amplificandam tendere; Quod ipſum ſicuti procul omni dubio tunc arbitramur fieri, quando Opifices, fundatam eatenus in Articulis ſuis à Superiore confirmatis intentionem non habentes, primam illam in cauſis opificiariis inſtantiam privativè ſibimet vindicant, multóque magis tunc, quando iidem Superiorem ſive Magiſtratum ſuum à cognitione in ejusmodi cauſis adeo nituntur excludere, ut ne in ſecunda quidem inſtantia Jurisdictionem ipſius agnoſcere aut à ſemet gravatis provocationem ad ipſum permittere velint, ſed (ut contigiſſe novimus) excluſionem à Collegio in ipſos uſurpare non dubitent; cùm noſſe omninò deberent, quòd, quantum ad Magiſtratus in Civitatibus Imperialibus conſtitutos aliosque Territoriali poteſtate atque ſuperioritate præditos attinet, ab iisdem, velut ex fonte, proveniat omnis ſua quaque patet Jurisdictio atque ſibimet eadem ab iſtis non privative aut abdicative, ſed cumulativè tantùm atque concurrenter, vel ſi cum ADR. BEIERO *in Tr. de Advoc. Opif. c. 3. §. 24. n. 175.* mavis, ſubordinatè ſaltem revocabiliter tamen concredita, adeòque abſonus valde, ridiculus & impudens ſit niſus, ubi Superioribus ſuis de rebus ad Forum opificiarium regulariter ſpectantibus juſtis præſertim ex cauſis ipſismet ſive in prima ſive in ſecunda inſtantia cognoſcere volentibus iſtud in dubium vocare audent; quantum verò inferiores in Civitatibus Municipalibus Magiſtratus concernit, iisdem eo ipſo, quo à Superioribus rei politicæ atque juſtitiæ ipſis commiſſa eſt adminiſtratio, ſine dubio etiam in cauſis opificiariis jus dicendi poteſtas conceſſa ſit, ipſique in hisce quoque non ſolummodò cum Opificum Collegiis ita concurrant, ut collegiati ab illorum Jurisdictione neutiquam intelligantur exempti, ſed potiùs in libero cujuscunque Actoris arbitrio poſitum ſit, Opifices coram conventûs Senioribus, vor dem Handwercke oder der Ampts-Lade/ convenire velit an coram illis, primùmque ex duobus

hisce

hiſce Judicibus aditus, nullo Opificibus competente Fori privilegio aut exceptione coeterorumve interventione, omninò cognoſcere, neque Collegia Opificum, ut cauſæ à Magiſtratu Ordinario ad ſemet remittantur, petere queant, ſed præventioni omninò locum dare debeant, per tradita MATH. STEPHANI *in Tr. de Jurisdict. P. 2. c. 8. n. 2. ſeqq. p. 364.* AHASV. FRITSCHII *in Tr. de Coll. Opif. p. 1. c. 3. §. 2. n. 10. ſqq.* DAV. MEVII *in Comm. ad Jus Lub. P. IV. tit. 13. art. 3. n. 27 & 28. p. 842. a.* GE. AD. STRUVII *in Dec. Jur. Opif. 63. p. 106.* ADR. BEIERI *in dict. Tr. cap. 10. §. 9. n. 701.* aliorumque: verùm etiam, ſiquidem cauſa aliqua primùm coram Collegiis Opificum pertractata fuit, ab ea parte, quæ eorundem deciſione non eſt contenta, ad illos abhinc inſtitui poſſit recurſus; Ita in hoc ipſo Opificibus tanto minùs indulgendum eſſe exiſtimamus, quantò magis conſtat, quàm ingenti cum ſolicitudine in Jurium ſuorum conſervationem ſuæque Jurisdictionis amplificationem è contrario autem Magiſtratus in ſemet poteſtatis coarctationem, ſub prætextu, quaſi nemo commodiùs de ipſorum negotiis judicare queat, quam iisdem exercitus, juxta tritum illud dicterium: *Peritis in arte credendum:* ruere & quàm valdè Magiſtratus Ordinarii Jurisdictioni inſidioſi atque nocivi eſſe ſoleant; ſed potiùs Magiſtratum Ordinarium vigilato utique oculo opus habere credimus, ne illi digito dato paſſum ſumant tandemque frenum planè excutiant.

§. XVII. Sed ne diu nimis hæreamus circa Collegiorum Opificialium abuſus in noſtri Imperii Conſtitutionibus Actisq; publicis recenſitos, hactenus de iisdem adlata eò magis ſufficere & volumus & ſufficere quoque poſſe credimus, quò jam per illa Diſſertationis Academicæ limites adeò penè transgreſſi fuimus, ut, ſi operis noſtri molem reſpiciamus, juſtam fermè cauſam haberemus filum nunc abrumpendi. Aſt ne fidem *in ſuperiori cap. 1. §. 3. & 4. pag. 17.* à nobis datam fallamus, illos quoque abuſus extantiores atque notabiliores, quos præter hucuſque ad ductum Conſtitutionum Actorumque Imperii noſtri publicorum recenſitos ulteriùs obſervare licuit, breviter

adhuc

adhuc indigitare conſtituimus. Quem in finem, juxta methodum *in dict.* §. 4. nobis propoſitam, noſmet convertimus ad

CAPUT III.

De Collegiorum Opificialium Abuſibus præter notatos in S. R. G. I. Conſtitutionibus Actisque publicis ulteriùs adhuc obviis.

§. I.

ET quemadmodum hi ipſi abuſus partim Sacra reſpiciunt, partim verò profana; Ita in illorum cenſum primo omnium referendam eſſe exiſtumamus profanationem diei dominicæ, eo ipſo fieri ſolitam, quo in hac ipſa die non ſolummodo 1.) permultis in Opificiis Boëthis in modum ſingularis cujusdam beneficii inque proprium ipſorum commodum certas operarum ſpecies minutas, ein und andere Flickereyen/ perficere, e. g. penes Fabros ſerarios *cùm* Jenenſes, juxta ipſorum Art. XXIII. ab ADR. BEIERO *in Tr. d. Boëth. c. 9. §. 5. n. 507. p. 148.* exhibitum, *tum* alios quoque, projecta clavium ferruminare, alte Bärte anzulöthen: penes Sutores autem calceos dilaceratos ſarcire, die Schuh zu flicken/ adeò permiſſum eſt, ut penes nonnulla Opificia ad ejusmodi ſpecierum perfectionem Magiſtri Boëthis materiam, v. gr. Sutores corium, ſubminiſtrare teneantur; vid. antelaud. BEIERUS *in dict. Tr. & cap. §. 2. n. 489.* ſed & 2.) Piſtores in Urbibus degentes vel ipſimet, vel ut plurimum per pueros ſuos, ſi quos habent, panes ad pagos deferre ibidemque venum exponere ſolent, mit dem Brod auff dem Land zu hauſiren pflegen. Quum enim longè ſit certiſſimum, hæc omnia in utroque caſu non niſi cum manifeſto divini, cui hæc dies ſacra eſt, cultûs neglectu & cum ejusmodi puerorum inquietudine fieri poſſe; exinde ſua ſponte fluere arbitramur, tale quid

quid jure meritoque improbandum proindéque etiam à conſcientioſo pioque Magiſtratu Politico eò minus ferendum tolerandumque eſſe, quò, licet probè ſimus memores, legem illam veteris Teſtamenti de ſanctificando Sabbatho in noviori vires ſuas obligandi amiſiſſe, nihilo tamen minus indubitatum eſſe credimus, quòd, quemadmodum Eccleſia Chriſtiana, ubi cultui divino diem peculiarem, eumque diem ſolis, deſtinavit, inter varias hujusce inſtituti cauſas à JOH. SAM. STRYCKIO *in Diſſ. de Jure Sabbathi cap.* 1. *num.* *148. ſqq. p. 36. ſqq.* recenſitas, ipſomet B. LUTHERO noſtro *in Tom. VII. Oper. Witeb. fol. 399. b. & in Catech. maj. præcept. 3.* ſuffragante, vel maxime etiam hoc præ oculis habuit, ut non ſolummodo imperita plebs, variis ſecularibus atque mundanis laboribus nullo fere non tempore occupata, hoc modo eò meliùs ad Divini Numinis cultum impellatur ipſaque non minùs, quàm omnes alii, in fundamentis Chriſtianæ religionis adhucdum rudes atque infirmi, de vera fide & ad vitam piè tranſigendam inſtrui admonerique queat, verùm etiam ſervi atque ancillæ per totam hebdomadam laboribus ſervientes diem habeant, qua ab operibus reſpirare, ſemet ex labore reficere & corpora feſſa quiete firmare valeant, adeóque quoad iſtiusmodi perſonas rudes ac infirmiores vera omnino adeſt obligatio ad hanc ipſam diem non modo per comparitionem in congregationibus publicis (in quibus viam addiſcere queunt, quomodo infirmitati ſuæ ſuccurrere, quomodo defectum ſupplere, quomodo ignorantiam diluere & quomodo è tenebris ad lucem perrumpere poſſint) quamdiu tempus hisce congregationibus deſtinatum durat, ſed &, quùm illa quæ publicè inculcantur ruminatione opus habeant atque neceſſum ſit, ut tempus ſuperſit precibus, quibus auxilium & vires à Deo implorare queant, per reliquum quoque ejusdem ſpatium debitè obſervandam: vid. antelaud. STRYCKIUS *in dict. Diſſ. & cap. n. 166. ſqq. p. 41. ſqq. & cap. 3. n. 7. ſeqq. p. 86.* Ita bono pioque Principi aut Magiſtratui

omnino incumbat, ut ſcopum diei dominicæ quocunque modo adjuvet & pro viribus promoveat, omniaque obſtacula, quæ ſe offerunt ab eodemque abducunt, & vel ſubditos à conventibus publicis retrahunt, vel verbi prædicati vim aut efficaciam tollunt, illosve à piis meditationibus abſtrahunt, removeat hominesque mediantibus legibus officii ſui admoneat atque rudes imperitosque ad id quoque, quantum quidem fieri poteſt, compellat. vid. Idem STRYCKIUS *in dict. cap. 3. n. 45. p. 60. n. 55. p. 63. n. 66. p. 65. & n. 85. p. 69. in fin.*

§. II. Alter priori admodum adfinis abuſus in eo conſiſtit, quòd à nonnullorum Opificiorum ſodalibus aliquibus in locis quotannis & Divi Jacobi & quidam alii dies feſti maximam partem ſolemnioribus tantùm commeſſationibus atque compotationibus terantur, in iisdem choreæ circulares, Vietoribus in ſpecie Böttiger-Tantz nuncupatæ, inſtituantur, & ab horum præcipuè ſociis, ubi id ipſum publicè ipſis non eſt interdictum, cum fidicinibus per plateas ad ædes eorum quibus operantur, ihrer Arbeit-Herrn oder Kunden/ ſtipis ab ipſis colligendæ gratia, oberretur atque deinceps ejusmodi ſtipes collectæ ſympoſio inſtituto ad obolum usque unà cum propria ipſorum ſubſtantia non minus conſumatur, quàm Noribergæ à Scriniariorum Sociis & Lanionum Magiſtris honoraria, quæ *illi* ſtato anni die, ope omnis generis florum, ex naturalium quos repræſentant florum colorem habentibus aſſulis confectorum atque ab iisdem in urbis, quos veſtibus ejusmodi aſſulis ſive ſegmentis aſſulum variegatis induti circumeunt, vicis cui volupe eſt porrigi, *hi* autem in Feſto ſuo farciminario, ope conſuti è viſceribus farciminis, quingentos, ſexcentos & ultra ulnas longi, proptereaque etiam ab aliquot robuſtis bajulis portari interque Patronos ac Benefactores diſtribui ſoliti colligunt: (*p*) Ab aliis autem, & qui-

(*p*) de quo ipſo ulterius conſuli poſſunt ADR. BEIERUS & JOH. CHRIST. WAGENSEIL *in Comment. de Civ. Norimb. c. 22. p. 162.* ubi exemplum refert ejusmodi Feſti farciminarii Anno 1688. ibid, celebrati.

quidem complurium Opificiorum ſodalibus non ſolumodo carnis privii vigiliæ, ſive tempus illud, quod Quadrageſimã, ſolenni paſſionis dominicæ recordationi ab Eccleſia Chriſtiana deſtinatam, proxime antecedit atq; Bachanaliorum nomine it. der Faßnacht/ vulgo inſignitur, tam ſolenniter celebretur, ut omnes omnino Socii, etiam convivio illi non interfuturi, ſumptuum partem ferre teneantur, atque præterea ad eo lautius compotandum cuilibet Socio illo ipſo die aliqua pecunia, v. g. dimidius imperialis plusque vel minus ex arca conſumenda porrigatur; verum etiam ubi annuatim dies recurrunt, quibus templorum dedicationes in ſuis proximéque vicinis locis in memoriam revocantur atque feſtive celebrantur, vulgo die Kirch-Weyh-Tag/ veræ rectæque intentionis, devotionis ſcil. atque gratiarum actionis Deo T. O. M. deſuper perſolvendæ loco, eleganter differente HENR. LINCKIO *in Diſſ. Jur. Can. de Encæniis Templor.* von Kirchmeßen / *Part. 3. n.* 10. *&* 11. *p. 50.* & cum ipſo OTTONE SIGISM. MAUR. von der VENNE *in Diſp. Erf. hab. Anno* 1718. *d. Jure circa Encænia Templor. c.* 1. §. 4. *p. 6.* Bacho potius potationibus, Cereri commeſſationibus, ac Veneri laſcivis ſalutationibus ſacra celebrentur, atque præterea ſicut in pleriſque ipſorum compotationibus jurgia, rixæ aliique congreſſus fuſtibus & quicquid armorum furor ſuppeditat, excitentur. Quemadmodum enim per omnia hæcce ac ſingula & dies iſtos cultui divino deſtinatos inſigniter profanari, & verum rectumque encæniorum ſcopum in totum interverti adeo credimus eſſe in aprico, ut ulteriore demonſtratione hac in parte facilè ſuperſedere queamus; Ita ſua omnino ſponte fluit, illa ipſa à pio atque prudenti Magiſtratu Politico, non attento, quod ad ipſum ex perverſo Encæniorum in ſpecie uſu per doliorum vini cereviſiæq; multis in locis temporibus iſtis ab ipſomet Domino Territ. divendi ſolitorum evacuationem atq; mulctarum fructum redundare videtur, duplici commodo, eo magis, ſi non plane abolenda, ad minimum tamen, quantum quidem fieri poteſt, debite cohibenda eſſe, quo jam *ſupra in cap. prox. præc.* §. 1. *p.* 21. à nobis obſervatum,

 quòd

quòd *ibid. pag. præc. 19. & 20.* nominatæ Imperii noſtri Conſtitutiones in genere obicem ponendum eſſe voluerint omnibus omnino ſolemnioribus ſodalium commeſſationibus atque compotationibus.

§. III. Tertium atque noviſſimum hujusce generis abuſum circa mulctas deprehendimus; Dum nimirum Collegia Opificum (α) non attento, quòd potiſſimùm ſub pio mulctarum cenſum cereis ad cultum divinum neceſſariis deſtinandi prætextu mulctandi licentiam ab initio obtinuerint, neque tamen iis in locis, ubi ejusmodi cereorum adhucdum aliquis in ſacris conſpicitur uſus, ad eundem mulctas hinc inde imponi ſolitas conferre, neque ubi illorum uſus exolevit, easdem in alios uti quidem par eſſet pios, ſed in privatos tantùm uſus aut commeſſationes vertere: (β) autem ubi in Articulis ſuis in delictum aut transgreſſionem aliquam certarum librarum ceræ pœna ſtatuta aut ipſorum poteſtas mulctandi ad easdem reſtricta, taxam pro illis, viliori licet pretio venalibus, inſigniter augere, id quod nimis compotatione abſumere eoque ipſo contra Statuta ſua mulctarum ſummam determinantia peccare ſoleant. vid. ADR. BEIERUS *in Tr. de Advoc. Opif. c. 6. §. ult. n. 430. ſeqq.*

§. IV. Quod Abuſus circa profana occurrentes attinet, iidem varii omnino ſunt generis, potiſſimum autem vel I. circa receptionem ſemet exſerunt tam Tyronum quam Magiſtrorum: vel II. circa prohibitionem atque interdictionem exercitii artis æque ac circa totalem excluſionem à Jure Collegii: & denique III. circa Jurisdictionis ſive poteſtatis ſuæ uſum.

§. V. Quoad Tyronum receptionem reprobare non poſſumus non, quod 1.) tantum non omnia Opificum Collegia propria atque privata auctoritate nón ſolùm (α) Hominũ propriorum, quin & (β) Ruſticorum interdum: (γ) Judæorum: (δ) diverſæ Religioni, utut in Imperio noſtro approbatæ addictorum liberos: (ε) ſpurios naturales aliosq; min⁹ legitime natos unà cum eorundẽ liberis: (ζ) partus expoſititios, die Fundelkinder/ quin imo etiam (η)

natos

natos ex deſponſatis: (ϑ) præcoces, die Frühlinge/ oder Liebes-Kinder/ nec non (ι) illos, quorum parentes aut ob furtum, adulterium, homicidium aliudve delictum famoſum ſive ultimo ſupplicio ſive alia quadam pœna affecti vel ob eorundem ſuſpicionem torturæ ſubjecti aut ob egeſtatem bonis cedere coacti fuerunt, vel à conſortio ſuo penitus repellere, vel, quod pueros diverſam à Magiſtro religionem colentes attinet, in locis & opificiis religionis intuitu mixtis, ab ejuscemodi ſaltem Magiſtro in tantum prohibere, ut (q) etiam in caſu, quando forte Magiſter aut puer pendente diſciplinari ſpatio eam quam prius ſequebatur religionem immutavit, eosdem ſeparandos eſſe contendere: ſed & eos, quorum parentes ob delictum aliquod ſive comūne ſive opificiariū è Collegio ejecti, à commodis Magiſtrorum filiis circa initiationis ſportulas, dem Auffding-Geld/ propriis excludere: 2.) Haud pauca in cautionum à Tyronibus, in caſum comittendi furti arripiendæve fugæ, exigi ſolitarum quantitate, ubi eadem in Statutis definita non eſt, ſed Opificum arbitrio relicta, haud raro graviter excedere: & denique 3.) nonnulla ex ipſis conſueta aut forte ſtatuta

 ini-

(q) prout exemplo edocti ſumus, quod aliquot ante annos in Civitate quadam Imperiali Religionis intuitu mixta, (cujus nomini ſtudio hîc parcimus) occaſione cujusdam pueri, pendente diſciplinæ, in qua penes Magiſtrum Ephippiarium A. C. addictum conſtitutus erat, ſpatio ab Aug. in qua educatus fuerat Confeſſ. ad Religionem Romano-Catholicam transgreſſi contigit; Utpote in quo ipſo Magiſtros Ephippiarios Cathol. religionis non ſolum dimiſſionem pueri &, utut plus quam medium diſciplinaris ſpatii tempus effluxerit, reſtitutionem quoque partis cujusdam didactri graviter urſiſſe, verùm etiam, cùm Magiſter iſte obſequium ipſis hac in re præſtare recuſaverit ac ab ipſis ad Magiſtratum provocaverit, non obſtante, quòd ipſis ulterius in cauſa progredi à Conſule A. C. tum temporis regente interdictum, quin imò à Magiſtro illo cautio oblata fuerit centum florenorum de puero religionis intuitu nullatenus turbando aut gravando, nihilominus, Magiſtratu Catholico connivente, ipſum à Jure Collegii ſuſpendiſſe eidemque convicium dixiſſe, non ſine indignatione recordamur.

initiationum tempora in pueris extraneis (*q*) adeo ſtrictè obſervare ſoleant, ut, ſi vel maximè iidem ætate viribusque corporis ad artem apprehendendam ſatis ſuperque idoneis ſint præditi, aut alia quoque ratione eorundem ſalus initiationem accelerandam ſuadeat, nihilo tamen magis tempora intermedia admittant, ſed ad ſtatutum aut conſuetum terminum præcisè ipſas remittant; vid. ADR. BEIERUS *in dict. Tr. c. 7. §. 5. n. 401. ſeqq.* Utut enim quoad *prius membrum* haud confiteamur inviti, (*α*) *hominum propriorum* conditionem in multis valde aggravatam magisque ſervilem eſſe, quàm liberam, cum ILL. THOMASIO *in Diſp. de Jure danda Civitat. §. 32. & in Diſp. de Uſ. Pr. diſtinct. hom. in liberos & ſervos C. 2. §. 22. & multis ſeqq. Doctiſſimo Capitaneo Werdin.* JOACH. POTGIESSERO *in Lib. eleg. Col. Agripp. ed. Anno 1707. de Condit. & ſtatu ſervor. ap. Germanos L. 1. c. 3. §. 31.* GE. BEIERO *in Delin. Jur. Germ. L. 1. c. 22. n. 3. & L. 3. c. 11. n. 7. ſqq.* & EXC. DN. JUSTO HENN. BOEHMERO *in Diſp. Halæ hab. 1716. de Jure & ſtatu hominum proprior. à ſervis Germaniæ non Roman. derivando*, exindéque etiam procul dubio provenire, quòd illos ipſos non ſolùm ab arte Notariatus arcuerit MAXIMILIANI I. Imp. *Ordinat. Notar. de Anno 1512. §.* Erſtl. ordnen wir/ 2. verum etiam à civitatis quoque jure alibi quærendo, HENRICI Regis, FRIDERICI II. Imp. Filii *Conſtitutio de Anno 1232.* ap. CHRIST. LEHMANNUM *in Lib. IV. Chron. Spir. c. 22. p. 309. a. Ed. noviſſ.* unà cum aliorum Impp. ac Regum Conſtitutionibus à B. JOH. PHIL. DATTIO memoratis *in Lib. I. d. Pac. Publ. c. 14. n. 99. ſeqq.* in ſpecie autem SIGISMUNDI Imp. *Bulla Aur. de Anno 1431.* ap. Eund. *d. l. n. 134. ſeqq.* & quod iidem nec hodie prius in numerum civium recipi ſoleant, quàm exhibitis manumiſſionis Inſtrumentis, Laß-Brieffen oder Mann-Recht dictis, juxta ANDR. GAILIUM *de Arreſt. Imp. cap. 8. n. 19.* JOH. PHILIPPI *in Uſ. Pr. Inſt. Juſt. Lib. 1. Eclog. 39. n. 7.*

(*r* In Magiſtrorum enim filiis facile hac in re ſolet diſpenſari.

n.7. & 8. PHIL. KNIPSCHILD *in L. 2. de Jur. & Priv. Civ. Imp. c. 8. n. 150. & c. 29. n. 113. ſeq.* DN. BOEHMERUM *in dict. Diſp. Sect. 3.* §. *21.* (*β*) Quoad *Ruſticorum filios* haud parum obſtare, quòd non modò abhinc eo tempore, quo in Germania noſtra urbes condere cœpit HENRICUS Auceps, illarum incolæ peculiaria ſibimet vindicaverint commercia atque Opificia, Ruſticis agriculturâ relictâ, ſed & per indiſtinctam Ruſticorum ad Opificia admiſſionem facilè fieri queat, ut juſto amplior reddatur Opificum, è contrario autem nimis anguſtus agricolarum numerus; (γ) Judæos receptos licet alicubi in genere Civibus Chriſtianis pluribus in capitibus longe deterioris conditionis eſſe, & non ſolum ab omnibus honoribus atque dignitatibus excludi, per *cap. 16. X. h. t.* ſed & præterea vulgi, quin imo JOH. CHRIST. WAGENSEILII quoque *in Diſp. Circ. Altd. hab. Anno 1705. de Judæis th. 7.* aliorumque à DN. BOEHMERO *in Diſp. Halæ hab. Ao. 1708. de Cauta Judæor. tolerantia* §. *9. p. 14.* hanc in rem adcitatorum Doctorum perſuaſione, pro hominibus facti ſaltem infamia laborantibus haberi, neque etiam in numerum civium adoptari ſolere, proindéque etiam extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe, quod tam horum, quam hominum propriorum liberi ab eo, penes quem poteſtas eſt Jura Collegiorum tribuendi, omnino etiam horundem incapaces declarari queant: (δ) & Magiſtri & Tyronis intuitu ſatius utique atque conducibilius eſſe, ſiquidem ambo una colant eademque ſacra: Et denique (ε) in Parentum delinquentium odium & ut hi ipſi in ſuorum quoque liberorum perſonis puniantur eoque magis à delictis deterreantur, omnino Statuto aut conſuetudine legitimè introducta fieri poſſe, ut non ſpurii tantùm atque naturales, ſed & cæteri ſupra memorati liberi, ob parentum vitia atque delicta, pro perſonis vilioribus habeantur & tam ab Opificiis, quam ob omnibus plane honoribus atque dignitatibus repellantur, lubenter admodum concedamus cum DAV. MEVIO *in Comm. ad Jur. Lub. P. IV. tit. 13. art. 3. in addit. ad n. 39. p. 847. b.* & B. DN. D. HARPPRECH-

TO

TO *in Vol. II. Conſ. 24. n. 92. ſeqq.* quin imo ſpurios liberosque naturales atque expoſititios in caſu, ubi in Articulis Opificum hoc à ſuperiore confirmatum eſt requiſitum, ut in Tyrones recipiendi literas natalitias honeſtæque nativitatis teſtimonia exhibere aut à notis parentibus nati eſſe debeant, ideo tacitè, ſalvo tamen Principi aut Superiori diſpenſandi jure, (*s*) excluſos eſſe, quoniã conſtat, quòd utrisq; regulariter vulgò denegari ſoleant ejusmodi literæ, vid. ADR. BEIERUS *de Tyr. Op. c. 5. §. 6. n. 191. & §. 7. n. 198.* & HENR. LINCKIUS *in Diſp. de Liter. Natal. c. 3. §. 21. & 22.* Quoad *ſecundum* autem atque *tertium membrum* neque cautionis exactionem, neque certi cujusdam temporis obſervationem, in ſe conſideratas, ullo modo jure reprobare queamus; Attamen quoad *prius membrum* iterum iterumque & quidem eò confidentius negamus, quòd in caſu deficientis Statuti à Superiore confirmati aut conſuetudinis legitimè introductæ Collegia Opificum propria auctoritate ſibimet facultatem arrogare queant iſtiusmodi liberos excludendi, quò non tantummodò in genere obſervandum, quòd penes ſola Opificum Collegia plane non ſtet, quemnam admittere velint ad Opificia, neque eorundem Statuta aut mores privati ſufficiant ad aliquem, Lege aut conſuetudine legitima eatenus pro inhabili non declaratum, inhabilem reddendum: vid. HART. PISTORIS *P. 1. qu. 30. n. 28.* DAV. MEVIUS *dict. loc.* GE. AD. STRUVIUS *in Dec. Jur. Opif. VI. p. 10.* ADR. BEIERUS *de Domeſt. Opif. cap. 3. §. 10. n. 100. ſeqq.* ſed & præterea adhuc accedit, quantum in ſpecie liberos attinet (*a*) *hominum propriorum*, quòd neque ex ſervili ipſorum conditione neque ex eorundem inhabilitate ad alibi acquirendum Jura Civitatis quidquam validi inferre liceat ad excluſionem ab Opificiis, poſtquam partim jam *ſupra* à nobis *in not.* ſcil. *ad cap. prox. præced. §. 5. lit. c. p. 68. & 71. & in ipſo §. 5. pag. 59.* demonſtratum quòd homines proprii neutiquam haberi mereantur pro perſonis infamibus aut levis notæ

(*s*) in quo ipſo exercendo eundem etiam haud adeo difficilem eſſe oportere, poſt VIETOREM *in Dec. Waldecc. 2. Concl. 14. n. 3. p. 21.* rectè monuit ADR. BEIERUS *in Tr. de Tyr. Op. c. 5. §. 5. in fin. n. 193.*

tæ macula laborantibus, eque contrario in Germania quoque valde exigua & olim fuerit & nunc quoque ſit Opificum conditio, ita, ut ab opificiis plane abhorruerint quondam ingenui, eorumque exercitium ſervis reliquerint hominibusque propriis: partim verò à DN. THOMASIO *in Diſp. Halæ hab. Anno 1701. de Hominib. propriis & liberis Germanor. §. 94. in fin.* obſervatum, quòd nec hodiè Opifices melioris quàm ignobilis atque ſervilis ſint conditionis: & partim denique prohibitiones illæ à jure civitatis alibi quærendo nulla alia ex cauſa factæ fuerunt, quàm quod ejusmodi homines proprii, ope ſæpius in urbibus acquiſiti civilegii, dominis ſuis ſemet ſubducere, hocque ipſum deinceps multis Statuum Imperii inter ſe contentionibus & haud raro gravibus omnino turbis anſam præbere conſuevit; Aſt verò in admiſſione ipſorũ ad Opificia univerſa hæc ratio penitus ceſſat, cùm plane non repugnent invicem, hominem proprium atque opificem eſſe in Collegio quoque conſtitutum, neque per ejusmodi hominum ad Opificia admiſſionem Dominis ullum præjudicium inferatur, uti quidem per eorundem in civium atque ſubditorum numerum receptionem: (β) *Ruſticorum*, quòd ex ſupra adverſus ipſorum admiſſionem adductis haud quaquam ſequatur, eorum planè nullum ac ne tunc quidem admitti poſſe aut debere, quando per id deterior non redditur conditio liberorum ex civibus natorum, der Burgers-Kinder/ ſed illi ipſi nihilo minus commode erudiri queunt in addiſcendis opificiis: (γ) *Judæorum*, quòd 1.) hæc ipſa gens publicè alicubi recepta omnino gaudere debeat jure civili atque ſtatutario illius loci, vid. JOH. CHRIST. WAGENSEIL *dict. loc.* neque vulgo adſperſa ipſis infamia firmo ſolidoque ſtet talo: vid. DN. BOEHMERUS *dict. loc.* 2.) ex proprie ſic dicti civilegii denegatione iterum argumentum non procedat ad denegationem acceſſûs ad Opificia, (uti quidem ADR. BEIERUS velle videtur *in Tr. d. Tyr. Opif. cap. 5. §. 2. n. 171.*) cùm ejusmodi pueri etiam Magiſterii aliquando gradum adepti omnino tamdiu in-

tereſſe

tereſſe queant Collegiis, quamdiu aliquo in loco publice tolerantur eundemque cum reliquis ſui ſimilisve generis opificibus Superiorem recognoſcunt: & denique 3.) pro ipſorum admiſſione oppido quam faciat *Ref. Pol. d. Anno 1530. tit.* von Juden ꝛc. *27.* utpote eo ipſo, quo Principibus ac Statibus Imperii eosdem recipientibus, ad eò meliùs cohibendam uſurariam ipſorum pravitatem, curam demandat providendi, ut ſemet alant mit ziemlicher Handthierung und Hand-Arbeit / neceſſariò quoque, & niſi officium ſuum hîc perdere debeant vulgati ſatis canones: *qui vult conſequens, vult etiam antecedens*, & *qui vult finem vult etiam media ad finem ducentia*, innuens, quòd ad ejusmodi labores idonee perficiendos condigne etiam erudiri queant ac debeant; (*δ*) *Diverſæ in noſtro tamen Imperio adprobatæ religioni addictorum*, quòd Opificiis nihil cum religione commune ſit nihilq; obſtet, quò minùs ejusmodi pueri apud diverſæ religioni addictum Magiſtrum artem vel optime diſcere queant: 2.) in *Inſtr. Pac. Weſtphal. Art. V. §. 35.* diſertè conſtitutum fuerit, quòd ob religionem nemo deſpicatui haberi aut à Mercatorum, Opificum Tribuumve communione arceri debeat: 3.) in locis mixtæ religionis indifferens planè ac innoxia ſit aut eſſe ſaltem debeat externa converſatio, neque ibidem ob religionis diverſitatem adeo metuendæ veniant exprobrationes, obtrectationes aut vexationes, vel ſaltem rei omni in caſu perquam facile adhiberi queat medela, adeoque 4.) diſtinguendum hîc omnino ſit inter quæſtionem juris ac voluntatis, interque juſtitiæ atque prudentiæ regulas: Conf. ADR. BEIERUS *d. l. n. 172. ſeq.* & denique (*ε*) *Spurios, naturales cæterosque ſupra memoratos*, quòd non ſolùm in genere neque æquitas neque *ſupra* à nobis *in cap. prox. præc. §. 5. p. 59. in fin. & 60. pr.* adducta jura patiantur, ut iidem inſontes alieno prægraventur odio & absque culpa ſua luere teneantur peccata parentum, ſed potius injuriarum ab ipſis conveniri poſſint, qui ipſis paternum objiciunt ſupplicium, vid. B. LAUTER-

TERBACH *in Coll. Pand. Th. Pr. ad tit. de his qui not. inf.* §. 32. ſed & præterea in ſpecie quoad *Spuriorum partuumq; naturalium aut illegitimorum liberos*, res ita ſine dubio ſit comparata, ut, ſi vel maxime parentibus ſpuriis aut naturalibus ipſis quædam adhæreret macula, illa ipſa tamen haud quaquam extendi mereretur ad ipſorum liberos atque deſcendentes ex juſto matrimonio procreatos: quoad *partus expoſititios* autem conſtet, illos ipſos à permultis magni nominis DDbus, v. gr. *Cardin.* GABR. PALÆOTO *de Nothis ſpuriiſque filiis cap. 63. num. 3. ſeqq.* JAC. MENOCHIO *in Lib. II. d. Arbitr. Jud. quæſt. Cent. 4. caſ. 396. n. 15. & 16.* JUSTO MEIERO *in C. I. A. ad tit. d. L. Pomp. de Parric. th. 5. n. 6.* JOH. BRUNNEMANNO *ad L. 24. C. d. Ep. Aud. n. 6.* DN. BOEHMERO *in not. ad* ARN. CORVINI *Lib. IV. Jur. Can. tit. 12. §. 2. lit. m.* AUG. BEN. CARPZOVIO *in Diſp. de Infantib. expoſit. Part. I.* §. 12. aliiſque, in dubio potius pro legitimis talibusque haberi, qui omnino admittendi ſint ad honores atque dignitates: quoad *natos* vero *ex deſponſatis atque præcoces*, partim ex iis quæ jam *ſupra* notavimus *in cap. prox. præc. §. ult. p. 153.* partim verò ex iis, quæ B. DN. D. HARPPRECHTUS habet *in ibid. laud. Diſp. de Jur. Liberor. ex deſpons. ante Ben. Sac. nec ex poſt. ſubs. Procr. c. 2. §. 16. p. 41. & in Vol. II. Conſ. 24. n. 32.* abunde pateſcat, quòd tam illi, apud Proteſtantes ſaltem, (*t*) quam hi procreati cenſeantur ex juſto matrimonio, vor echt und recht gehalten werden/ atque adeo nulla prorſus legitimatione opus habeant, ut ne quidem objectum conſtituant

(*t*) apud Pontificios enim poſt Concilii Tridentini diſpoſitionem *in Seſſ. 24. d. Reform. Matrim. cap. 1.* omnia omnino matrimonia absque Parocho ac teſtibus inita nulla irritaque declarantem, majoribus nunc difficultatibus res videtur expoſita; quanquam parum abſit, quin hac ipſa diſpoſitione non obſtante nihilo minus ejusmodi partum etiam apud ipſos pro legitimo habendum eſſe credamus cum JUL. CAPONO *in Diſcept. Forens Diſc. 266.* à B. DN. HARPPRECHTO hanc in rem adcitato *in dict. Diſp. & cap. §. 19. p. 44. ſeqq.*

legitimationis per ſubſequens matrimonium, proindéque etiam iisdem neque legitimæ nativitatis teſtimonia neque etiam, ſi vel maximè Statutum expreſſum extaret, ut nemo niſi legitimè natus ad Opificium aliave Collegia admittatur, aditum ad Opificia, dignitates atque honores denegandum eſſe, recte & æque benè cenſuerint PHIL. RICHTERUS *in P. 3. Dec. 133. n. 23.* ADR. BEIERUS *in dict. Tr. & cap. §. 14. ſeqq. n. 234. ſeqq. & d. Magiſtr. c. 4. §. 3. n. 126.* HENR. LINCKIUS *in Diſp. de Liter. Natalit. c. 3. §. 7. ſeqq.* Scabini Hallenſes in Menſ. Majo Anno 1632. ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Op. 13. p. 40.* Conſiſtorium Elect. Sax. Anno 1618. d. 21. Sept. ap. modol. BEIERUM *d. Mag. d. l. n. 123.* & B. DN. HARPPRECHTUS *in dict. Diſp. c. 2. §. 10. p. 34. & in cit. Cons. n. 34. & 35.* ac qui partim idem plane judicium tulerunt de liberis (α) ſpuriorum aliorumque minus legitime natorum: Id. BEIERUS *d. l. §. 5. n. 188. ſeq.* BEN. CARPZOV. *in P. II. Dec. III. Sax. Dec.* 111. JCti Lipſienſ. in Reſponſo Anno 1646. impertito ac ab Eod. CARPZOV. *d. l. in fin. n. 17.* exhibito, & HENR. LINCKIUS *in dict. Diſp. & cap. §. 16.* (β) de crimine atrociori diffamatorum: DAV. MEVIUS *in P. V. Dec. 117.* JOH. BRUNNEMANNUS *ad L fin. ff. de Coll. & Corp. n. 3. & in Conſ. 110. n. 7. ſqq.* & J. C. Jenenſ. apud Per-Ill. L. B. de LYNCKER *in Vol. II. Select. Conſult. Jur. Reſp. 34.* (à GE. AD. STRUVIO quoq; exhibito *in Dec. 6. Jur. Opif. p. 6. ſeqq.*) *n. 8. p. 124. b.* vel (γ) ob tale torturæ ſubjectorum: J. C. Jenenſ. ap. DN. de LYNCKER *in Vol. I. modolaud. Sel. Conſ. Reſp. 191. n. 16. p. 197. b.* quin & (δ) propterea damnatorum quoque atque vel ultimi ſupplicii vel alia pœna corporali affectorum: ADR. BEIERUS *in dict. Tr. c. 6. §. 17. n. 364. ſqq.* AH. FRITSCHIUS *d. Coll. Op. P. 2. c. 4. §. 4. n. 18.* J. C. Jenenſ. in Reſp. Menſ. Aug. Ao. 1664. impertito, ap. modol. STRUV. *in Dec. 7. p. 11.* BEN. CARPZ. *in P. 2. Dec. 192.* Scabini Lipſienſ. in Reſp. Ao. 1649. Menſ. Jan. dato & ab Eod. CARPZOV. *d. l. in fin. n. 20.* exhibito, HENR. LINCKIUS *d. l. §. 18.* & J. C. Jenenſ. ap. DN. de LYNCKER *d. l. n. 9.* & denique (ε) Decoctorum: BEIERUS *d. l. c.*

6. § 17.

6. §. *17. n. 368.* partim verò pro Magiſtrorum ob delictum aliquod ſive commune ſive opificiarium è Collegio excluſorum liberis commodis Magiſtrorum liberis aliàs competentibus non privandis pronunciarunt verbaque fecerunt, tam BEN. CARPZOVIUS *in P. III. Dec. 298.* quàm Scabini Lipſienſes in Reſp. Menſ. Mart. Anno 1650. exarato ac ab Eod. CARPZOV. *dict. loc. in fin. n. 28.* exhibito, & ſæpecit. BEIERUS *in d. Tr. c. 7.* §. *11. n. 449. ſeqq. & in Tr. d. Mag. c. 10.* §. 5. *in fin. n. 367.* Quoad *ſecundum* autem atque *tertium membrum* indubium eſſe cenſemus, quòd nimius iſte exceſſus ac rigor jure meritoque culpandus veniat, maximè cum in *illo* rei veritate inſpecta, hoc tantùm pro fine habeant Collegia Opif. ut per immodicas ejusmodi cautiones eo plures, quibus illas præſtare impoſſibile, ab opificio addiſcendo detineantur, hocque modo monopolium ipſorum eò feliciori cum ſucceſſu promoveatur; in *hoc* autem, id potiſſimùm ut iſtiusmodi pueri eo tardiùs in Magiſtros evadant, juxta illorum adagium: bald aufgedingt/bald ausgelernt; nevequisq; Magiſter tot pueros edoceat quot vult, ſed juſtum interſtitium obſervet, vid. BEIERUS *d. Tr. c. 7.* §. *5.* & ut forte hoc medio nonnulli pueri moræ illius pertæſi plane abſtineant ab addiſcendo illo opificio.

§. VI. Et quemadmodum circa Tyronum receptionem ulterius adhuc duos deprehendimus abuſus, quorum *unus* in eo conſiſtit, quòd Collegia Opificum, teſtantibus iis quæ ap. Ill. DN. HENR. BERGERUM leguntur *in P. I. Reſp. 175. p. 299. ſeq.* in Tyrones recipere ſæpius eos recuſent, qui forte aliquando ob delictum quoddam Juventutis virgis caſtigati aliave pœna affecti fuerunt, ſi vel maximè deinceps vita emendatiore maculam talem eluerint; *Alter* verò in hoc, quòd penes nonnulla Collegia non niſi Magiſtrorum filii atque deſcendentes admittantur, proptereaque etiam hi ipſi ſequi teneantur parentum ſuorum profeſſionem; Ita eosdem eò minus intactos relinquere voluimus, quò, licet quoad *priorem* abuſum facilè tunc ſtare

queamus à partibus Opificum, quando ejusmodi pueri in delictis ſuis pertinaciter perſeverant nullamque emendationem oſtendunt: quoad *poſteriorem* autem haud confiteamur inviti, quòd non ſolummodo à Magiſtratu ſuperiore ſontica ex cauſa omninò cuidam Collegio privilegium, ne regulariter & niſi aliquo in caſu cuidam ſubjecto eatenus gratiam facere juſtum ſibimet æquumve viſum fuerit, alios quàm Magiſtrorum filios atque deſcendentes in conſortium ſuum recipere teneatur, concedi, (*u*) ſed & mos iſte Magiſtrorum filios Parentum ſuorum profeſſionem ſequi jubens tunc ſuo modo excuſari queat cum ADR. BEIERO *in Tr. d. Domeſt. Opif. c.* 11. *§. 6. n. 451. ſeq.* ſiquidem iisdem non omnis plane libertas adimatur aliud amplectendi vitæ genus; Attamen quoad *priorem* caſum ut idem etiam tunc ſtatuatur, ubi ſubſecuta fuit vitæ emendatio, periniquum nobis videtur cum Inclyto JCtorum Witebergenſium Ordine, puerum quendam ob maſtuprationem virgis aliquando cæſum poſtmodum autem ad ſaniores mores hac in parte reverſum in Tyronum numerum omnino recipiendum eſſe pronunciante, ap. Ill. DN. BERGERUM *d. l.* quoad *poſteriorem* verò indubium eſſe credimus cum MATH. STEPHANI *in Lib. 2. de Jurisd. P. 2. c. 8. n. 30.* DAV. MEVIO *in Comm. ad Jus Lub. P. IV. tit. 13. art. 3. n. 39. p. 843. a.* PH. KNIPSCHILDO *in Lib. V. de Jur. & Priv. Civ. Imp. c. 2. n. 47.* JUSTO SINOLDO cognomine SCHUTZIO *in Vol. 2. Jur. Publ. D. 9. th. 9. lit. a. p. 362.* aliisque, quòd, uti una ex parte Collegia Opificum, ubi privata tantùm propriaque auctoritate Tyronum receptionem ad ſolos Magiſtrorum filios reſtringere conantur, hoc ipſo monopolium intendunt & Sodalium atque Collegarum paucitatis conſervationem, ita ex altera parte ipſismet Magiſtrorum filiis ægre faciant, quando eosdem

(*u*) uti e. gr. à Sereniſſimo Ducatus Würtembergici Moderatore aliquot ante annos Pannificibus Calvenſibus ejusmodi privilegium conceſſum, interim tamen non una vice contra illud diſpenſationem impertitam fuiſſe novimus.

dem invitos quoque ad ſequendam Parentum ſuorum profeſſionem alligare neque ipſis concedere volunt, ut aliam amplectantur magis ſibimet placentem atque convenientem.

§. VII. Circa Magiſtrorum receptionem qui occurrunt abuſus duplicis potiſſimùm ſunt generis in eoque conſiſtunt, quòd Collegia Opificum (α) perſonas quasdam in conſortium ſuum recipere temerè recuſare; (β) autem iis, quos in Collegarum numerum adoptare ipſis arridet, irrationabiles nulloque modo ferendas conditiones imponere ſoleant. Siquidem conſtat, quòd, quantum *prioris generis* abuſus attinet, vulgò arceantur 1.) à tantùm non omnibus Collegiis, præter illos, qui Carnificis aut lictoris filias neptesve ducunt, (de quibus jam ſuprà dictum *in not. ad cap. prox. præc. 2. §. 5. lit. c. p. 72. ſeq.*) ulterius etiam ii, qui matrimonio ſibimet jungunt hujusce generis hominum viduas, nec non (teſtantibus exemplis ab ADR. BEIERO *in Tr. d. Tyr. Opif. c. 6. §. 10. n. 318.* memoratis) illi quoque, qui in ſocias thori adſumunt caſtratoris ſuum aliarumve perſonarum ab Opificibus ſtatus controverſiam patientium, vel etiam hominum ob famoſum aut capitale delictum pœna ſive ultimi ſupplicii ſive alia quadam famoſa affectorum filias aut viduas: 2.) autem haud raro ii, qui in ſtatu Boethali leviusculum modò delictum commiſerunt, ita, ut (teſtantibus iis, quæ ap. Per-Ill. L. B. de LYNCKER leguntur *in Rer. in Dic. Jen. dec. Cent. VII. D. 623. p. 106. ſeq. & in Cent. XI. D. 1035. p. 29.*) non ſolum Iſenaci Anno 1688. à Sutorum, ſed & Vinariæ Anno 1687. à Piſtorum Collegio Boethis ad Magiſterii gradum adſpiraturis ob hoc ſolum, quod unus ex illis inſcio Magiſtro, præſentibus tamen atque videntibus Con-Socio atque Diſcipulo, par ſolearum ſurripuerit & amici cujusdam calceis gratis aſſuerit, non obſtante, quod Magiſtro poſtmodum pretium illarum ſolverit, alter verò feminâ quadam in carcere detentâ claves ad carcerem illum ſubtraxerit & cum eadem vinum cereviſiamque ibidem compotaverit, receptio denegari aut ſaltem nonniſi prius ſoluta

mulcta

mulcta concedi voluerit: 3.) à nonnullis Collegiis ii, qui non ſunt uxorati, ita, ut, quemadmodum in *cap. prox. præc. 2. §. 15. p. 121. & 126.* ad quædam Opificia nonniſi cœlibes recipi notavimus, ſic vice verſa in aliis ad Statum Magiſterii atque ad capeſſenda Jura Collegii non niſi uxorati admittantur, interque cætera à Magiſterii Candidatis exigi ſolita requiſita & hoc quoque emineat, ut quis per matrimonium etiam ſemet ad illud quaſi habilitet, & quidem in tantum, ut hoc ipſum requiſitum hinc inde (*x*) admodum rigoroſe obſervetur, neque Candidatum deſponſatum eſſe ſufficiat, ſed vel actualiter uxoratum ipſum vel ad minimum deductionem ſponſæ ad templum factam eſſe oporteat, daß wenigſtens der Kirchgang gehalten worden: Alibi autem (*y*) quadam cum moderatione & hocce cum temperamento urgeatur, ut Candidati ſaltem intra annum & diem matrimonium inire aut, ubi hoc facere negligunt, vel certam quandam mulctam perſolvere vel juſtam atque legitimam cauſam, quam ob aut non poſſibile ſit aut non conducat ipſis conjugalem ſubire ſtatum, docere vel nonnullis in locis (*z*) quotannis certa quadam mulcta in bibalibus, eapropter etiam (*a*) Brömel-Bier dicta, cœlibatum quaſi redimere cogantur: 4) hinc inde omnes illi, qui jam alibi domicilium habuerunt, die ſchon anderſt-

(*x*) v. gr. teſte ADR. BEIERO *in Tr. d. Domeſt. Opif. c. 2. §. 3 n. 54* Jenæ in Cerdonum, Sutorum aliorumque Opificum, & (prout relatum accepimus) Auguſtæ Vindelicor. quoque in Coriariorum, der Rothgerber, aliisque Collegiis.

(*y*) e. g. penes Feneſtrarios & Acuarios Cizenſes, juxta illorum *Ill. tium* horum vero *V. tum Statutor. Art.* §. 5. nec non Alutarios Jenenſes, juxta *Statutor. Art. V.* quorum verba modol. ADR. BEIERUS recenſet *d. l.* §. *4. n. 56. & 57.*

(*z*) v. g. penes Sartores Delitianos & Tonſores Pannorum per Sileſiam juxta *Privilegior. ſuor. Art. 13. poſt med.* vid. Id. BEIERUS *d. l.* §. *5. n. 59. & 62. &* §. *7. n. 67.*

(*a*) juxta ea, quæ ſibi relata eſſe, antecit. BEIERUS tradit *d. l.* §. *7. n. 68.*

anderſtwo Feur und Rauch gehalten haben: & denique 5.) ubique ferè Avtodidacti ſive illi, qui artem non penes legitimum addidicerunt Magiſtrum: vid. ADR. BEIERUS *d. Tyr. Op. c. 2. §. 3. n. 50. ſeqq.* Quantum autem *poſterioris generis* abuſus concernit, quibusdam in locis ac Opificiis nemo priùs declaretur Magiſter, quàm promiſerit, ſe non niſi tanto (immodico licet) pretio tantove (utut juſto longiore) tempore Tyrones in arte edocturum. Et quemadmodum quoad *prioris generis primum* abuſum non ſolummodo quòd aggravatæ Carnificum atque Lictorum conditionis ad inſontes ipſorum liberos atque deſcendentes extenſio ſummam iniquitatem ſpiret, jam *ſupr. in not. ad cap. prox. præc. 2. §. 5. lit. c. p. 72.* ſed & quòd neque caſtratores ſuum ipſi multoque minus eorundem liberi jure excludi queant à Collegiis Opificum, *in dict. not. lit. b. p. 65. ſeqq.* & denique quòd parentum ſupplicium neutiquam nocere debeat inſontibus ipſorum liberis, *in hujusce cap. §. 5. p. 170. in fin.* fuſius à nobis demonſtratum; Aſt verò nullum prorſus eſt dubium, quin adhuc magis ſit iniquum, ut per ejusmodi hominum liberos prætereà etiam alii excludantur, proindéque etiam jam ante nos pro Opifice Lictoris viduam ducente cùm à BEN. CARPZOVIO *in P. 1. Dec. 18. & P. 2. D. 112. n. 4.* tùm à Scabinis Lipſienſibus Anno 1643. Menſ. Octobr. in Reſp. *ſub fin. dict. Dec. 18. n. 18.* exhibito, AH. FRITSCHIO *d. Coll. Opif. P. 2. c. 4. §. 3. n.* 10. PH. KNIPSCHILDO *in Lib. V. d. Jur. & Priv. Civ. Imp. c. 2. n. 60.* FRID. PHILIPPO *in Diſp. d. Coll. Opif. th. 21.* aliisque, & pro matrimonio ſibimet jungente ultimo ſupplicio aliave pœna famoſa affectorum filias aut viduas, inter alios à modol. AH. FRITSCHIO *d. l. §. 4. n. 19.* BEN. CARPZOVIO *in dict. P. 2. D.* 102. & cum ipſo à Scabinis Lipſienſ. Anno 1649. Menſ. Jan. in Reſp. *ibid. n. 20.* adducto, nec non à DAV. MEVIO *in Comm. ad Jus Lub. P. IV. tit.* 13. *art.* 3. *in add. ad n. 39. p. 847. a. in fin.* judicatum ſcriptumque fuit: Quoad *alterum* inſtitutum autem ante notato rigori lenitatem omnino ejusmodi in caſibus præferendam eſſe, ipſamet

met æquitas ſuadet, atque dehinc etiam pro Sodalibus iſtis in Magiſtrorum numerum adoptandis pronunciare non dubitarunt Aſſeſſores Dicaſterii Jenenſ. ap. Per-Ill. DN. de LYNCKER *in ll. ſupra citt.* Quoad *tertium* obſervandum utique eſt, quòd, licet ejusmodi Statutum aut Conſuetudo Opificiorum cumprimis honeſtatem pro fine videatur habere, quò ſcil. tanto magis omnes ſcortationes omniaque ſtupra evitentur, in totius quoque Collegii præjudicium haud rarò vergentia, & ne per cœlibum, jam dudum (ut alios inter à JUSTO GE. SCHOTTELIO obſervatum *in Tr. de ſingularib. in Jurib. Germ. cap. 1. per tot.*) à Majoribus noſtris, æque ac à multis quondam aliis Gentibus, inferiore loco habitorum atque exoſo nomine der Hagſtoltzen inſignitorum, Collegiis Opificum dedecus quoddam accedat, nihilo tamen minus genuinam ipſius rationem partim bibalia conſtituant partim verò monopolii promotio, quò ſcil. per innumeras ejusmodi qualitates atque requiſita à Candidatis exigi ſolita paucitas ſodalium eò magis promoveatur, vid. ADR. BEIERUS *d. Domeſt. Opif. c. 2. §. 6. ſeqq. n. 63. ſeqq.* maximè cùm non ſolummodò Jura noſtra communia liberam matrimonii contrahendi facultatem ad neceſſitatem transferri prohibeant *in L. 14. C. de Nupt.* verùm etiam dura iſta cœlibum ratio, ne olim quidem omnibus omnino cœlibibus communis, ſed iis tantum propria, qui vel aperte ſemet uxores non ducturos eſſe profeſſi fuerunt vel illud ipſo facto demonſtrarunt, non ducendo ſcil. fœminam intra 50.mum ætatis annum, hodienùm in Germania noſtra ubique fere ceſſet, vid. JOH. JOACH. SCHOEPFFERUS *in ſupralaud. Diſp. d. Virginum Juvenum Privil. c. 1. n. 48. ſeqq.* ita, ut, ad ductum rectæ rationis, cuilibet, vel continentiæ dono ſemet præditum vel ad matrimonium parum fortè aptum magisque idoneum deprehendenti ad inſerviendum Deo ac proximo in vita cœlibe, quàm in conjugio, impunè prorſus cœlibatum amplecti liceat vel per omnem vitam vel ſaltem donec commoda ſemet obtulerit matrimonii ineundi occaſio; Quoad *quartum* autem, rectè obſervantibus

vantibus

vantibus DAV. MEVIO *d. l. in add. ad n. 38. p. 846. b.* & AH. FRITSCHIO *d. l. §. 6. n. 24.* partim omni ratione caret, alibi habitum domicilium cauſam fieri prohibendi artem, partim verò indubium utique eſt, quòd ejusmodi inſtitutum & libertati repugnet, cùm communi à Jure Gentium conſtitutæ, tùm ei quam Germania civibus ſuis ſervat: & Civitatum utilitatem impediat, utpote quarum vel maximè intereſt, omnibus idoneis, quacunque arte polleant, aditum ad ſemet adque profeſſionis ſuæ exercitium patere commodaque civium non ad paucorum tantùm arbitrium coarctari aut iis, per quos illa ipſa latiùs promoveri queunt, præcludi: & monopolium ſpiret, dum per illud haud raro idonei ab opificio excluduntur: & coronidis loco injurioſum planè ſit in Magiſtratum, utpote cui hoc modo ab Opificibus ferè præſcribitur, quemnam in civem recipere debeat: Et denique quoad *quintum atque ultimum*, utut pro omnibus omnino avtodidactis, rudibus quoque, Stümpler vulgò dictis, verba facere adeo non intendamus, ut potiùs haud confiteamur inviti, quòd ad meliùs ſervandum ordinem vel maximè conducat, ut quis artem ſuam regulariter penes peritum in illa Magiſtrum addiſcat, à ratione tamen eò magis alienum eſſe arbitramur, ut indiſtinctè omnibus planè avtodidactis, artis licet perquàm peritis, aditus ad Collegia Opificum, ex hoc ſolo fundamento, quòd peritiam ſuam non ex informatione hauſerint legitimi cujusdam Magiſtri, denegari ac ne Magiſtratui quidem hac in parte circa ſubjectum idoneum forte diſpenſaturo præſtari velit obſequium, quò in admiſſione ad Collegium Opificiique exercitium ante omnia merito reſpiciendum eſſet ad artis peritiam; Quoad *poſterioris* autem *generis* abuſum certum prorſus indubitatumque eſt, quòd Collegia Opificum per eundem nihil aliud intendant, quàm ut eò plures ab apprehendenda arte aliqua arceantur, proindéque etiam is ipſe jam ante nos à MATH. STEPHANI *in Lib. 2. d. Juriſd. P. 2. c. 8. n. 31.* DAV. MEVIO *d. l. n. 39. p. 843. a.* PH. KNIPSCHILDO *d. l. n. 46.* ADR. BEIERO *d. Tyr. Opif. c. 11. §. 6.*

 n. 736.

n. 736. ſeqq. aliisque jure meritoque reprobatus fuit; Ita abunde liquere arbitramur, quòd nec hi ipſi Opificum mores hæve ipſorum conſuetudines in bene conſtituta beneque ordinata Republ. ferri tolerarique debeant.

§. VIII. Quod abuſus attinet, qui circa prohibitionem, contra alios extra legitimum Collegium idem Opificii genus exercere volentes, interdictionem atque inhibitionem artis, contra Collegiorum Opificialium membra, ob delicta ſive communia ſive opificiaria, *(b)* & totalem à Jure Collegii excluſionem, contra eadem Commembra ſimili ex cauſa decerni ſolitas occurrunt, iidem omnes & ſinguli eò potiſſimùm recidunt, quòd Collegia Opificum non ſolummodò jura iſta exercendi facultatem haud rarò privata tantùm auctoritate ſibimet arrogare, ſed & præterea, ſive legitimè illam ipſam acquiſiverint ſive minus, tam quoad ipſius exercitium, quàm quoad exercendi modum, haud leviter in eo cumprimis peccare, quòd, quantum prohibitionis jus in ſpecie attinet, in eos, contra quos illud ipſum ſibimet competere exiſtumant, nimis inhumani eſſe, eosdem non ignominioſis modò nominibus der Pfuſcher / Fretter aliisque ab ADR. BEIERO *in Tr. d. Mag. Opif. c. 14. §. 1. n. 478. ſeqq.* recenſitis explicitisque inſignire, verùm etiam privata auctoritate & absque conſenſu Superioris in ædibus civium perquirere atque interdum crudeliter habere, & Sutorum in ſpecie Boethi, modo laud. BEIERO teſtante *in Tr. d. Jure prohib. c. 1. §. 9. n. 33.* ſicubi tales deprehendant, alias inter injurias ipſis acum quoque per pollicem dextrum transfigere eoque ipſo eosdem ad omnem ulteriorem operationem inidones reddere: quantum autem interdictionem exercitii artis concernit, eandem admodum levibus ex cauſis decernere: & quantum denique totalem excluſionem, ini-

(*b*) in eo enim potiſſimùm, obſervante AD. BEIERO *in Tr. d. Jure prohibendi c. 1. §. 3. n. 12.* differunt inter ſe Jus prohibendi atque interdicendi, quòd illud contra extraneos non Collegas uſurpetur, hoc autem in Commembra Collegii vique Jurisdictionis.

iniquè vulgò *(c)* excludere ſoleant 1.) eos, qui vel in rei veritate planè nihil deliquerunt, ſed v. gr. Carnificem, Lictorem aut maleficum ſepeliverunt, aut in carnificinæ loco (dem Rabenſtein / Hauptgericht oder Richtſtatt) patibulove non adhibito integro Collegio aliquid laborarunt, aut forte laqueum patibulo alligandum ſcalasve eidem applicandas ſoli perfecerunt, aut in ſubve ejusmodi locis ſteterunt ad eademve acclinarunt, aut aliquo ſemet ſuſpendere volente per laquei abſciſſionem illud impediverunt, vel leviter tantùm peccarunt, & apud Laniones v. gr. carnem morbidam aliquando mactarunt; 2.) ad tempus modò & quidem ex cauſa non famoſa relegatos; 3.) pœna quadam graviori, in famoſis ut plurimùm delictis dictari ſolita proindéque etiam Doctoribus (utut minùs adcuratè) famoſa dicta, indignè affectos: & denique 4.) interdum etiam ob crimen famoſum equidem condemnatos, ſed vel per famæ reſervationem in ipſa ſtatim ſententia ſive expreſsè ſive, mediante pœnæ ordinariâ aut minoris aut gravioris impoſitione, tacitè juſta atque legitima ex

 cauſa

(c) variis atque diverſis exemplis teſtantibus, quorum unum, quantum quidem humationem Carnificis attinet, ante biennium demùm & quod excurrit, in Civitate Imperiali Biberacenſi extitit, ubi tres Linteones Carnificis filium efferre juvantes à reliquis ſuis Collegis amplius tolerari noluerunt: quantum verò ſepelitionem criminoſi, alicubi aliquod Anno 1700. in nonnullis Piſtoribus molitorem ob furti ſuſpicionem incarceratum inque vinculis ante irrogatam pœnam demortuum ac absque ſolennitatibus Eccleſiaſt. terræ mandatum humantibus contigiſſe, Per-Ill. DN. LYNCKERUS memorat *in Rer. in Dic. Jen. dec. Cent. X. D. 960. p. 445.* & quantum abſciſſionem laquei, Altenburgi aliquod Anno 1693. in Tyrone Tonſorio, laqueum quo ſocius ſemet ſuſpendere volebat abſcindente, accidiſſe ea teſtantur, quæ modo l. DN. LYNCKERUS refert *d. l. in Cent. 3. D. 299. p. 179.* quemadmodum quoad Lanionem carnem morbidam mactantem caſum quendam jam Anno 1628. Odorffii eveniſſe, ea produnt, quæ GE. AD. STRUVIUS habet *in Dec. Jur. Opif. 62. p. 105.*

cauſa factam, vel per ejusdem reſtitutionem poſt latam jamjam ſententiam ab Imperatore, Domino Territoriali *(d)* Comitibusve Palatinis impetratam, omni infamiæ nota exemptos. Utut enim, quantum hæccce prohibendi, interdicendi atque excludendi jura in genere attinet, negare nequeamus, quòd prius ex illis Collegia Opificum ſuo jure ſibimet vindicare queant, quando Collegii Tribusve legitimæ Jura *(e)* privativè impetrarunt & cum excluſione aliorum, per ea, quæ ADR. BEIERUS habet *in d. Tr. c. 1. §. 4. & 5. n. 18. ſeqq.* ſicuti alterum atque poſtremum quoque, ubi illa ipſa in ſpecie legitimè acquiſiverunt: quantum autem ante notatum illegitimum ejusdem exercitium, partim non ignoremus, quòd non ſolummodò JCti Helmſtadienſes Opifices ad Lictorem ſepeliendum cogi non poſſe reſponderint ap. ANDR. HOMBORGIUM *in Conſ. 147. p. 465. ſeq.* ſed & in ſpecie Aſſeſſores Dicaſterii Jenenſ. in caſu modo ante *in not. c.* recenſiſito, Piſtores illos à Collegio ſuo jure excludi pronunciaverint ap. *ibid.* laud. DN. de LYNCKER *in Cent. X. Dec. 960.* partim lubenter admodum concedamus, quòd locus ſupplicii atque patibulum

(*d*) quo ſub nomine uti aliàs ita etiam hac in parte nobis veniunt Liberæ Imperii noſtri Civitates, cum PHIL. KNIPSCHILDO *in Lib. 2. de Jur. & Priv. Civ. Imp. c. 4. n. 73.* & NIC. MYLERO ab EHRENB. *d. Princ. & Stat. Imp. P. 2. c. 53. n. 3. in fin.* non obſtantibus iis, quæ contra easdem DN. MICH. HENR. GRIBNERUS adducit *in Diſp. Witeb. hab. Anno 1710. qua Jus reſtituendi famam Principib. Imp. aſſeritur & vindicatur §. 3. p. 9.*

(*e*) Opificibus enim jure Collegii Tribusque planè deſtitutis illud ipſum juxta regulam omnino denegandum eſſe, recte judicarunt cùm Scabini Lipſienſes Anno 1647. Menſ. April. ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Opif. 71. pag. 124.* tùm Collegium Fac. Jur Jen. Anno 1705. d. 12. Sept. ap. CHRIST. WILDVOGELIUM. *in Reſp. 229. n. 9. & 10.* tùm ADR. BEIERUS quoque *in ſupracit. Tr. c. 1. §. 8. n. 29.* merito tamen id ipſum ita limitantibus Scabinis Hallenſib. Anno 1632 Menſ. Aug. ap. Eund. STRUVIUM *Dec. 18. p. 47.* & modo laud. BEIERO *d. l. §. 6. n. 22. ſeq.* niſi ſcil. uni alterive deſuper ſpeciale conceſſum fuerit privilegium.

tibulum, ex vulgi præſertim opinione, neutiquam referri mereantur inter loca honeſtiora, adeoque ſatius utique ſit, ut quis ab illis ipſis quantumcunque abſtineat, & quòd, quando delictum ab Opificibus commiſſum rat. objecti tantùm eſt leve itáque tamen comparatum, ut infamiæ involvat maculam, v. gr. furtum in re minima aut modica factum, iidem, niſi fama ipſis à judice in ſententia reſervata, (*f*) jure meritoque excludantur à ſuis Collegiis, cùm ad tolerandos in ſuo conſortio infames quoque vix adigenda ſint Collegia Opificum, ſed potiùs ad effectus infamiæ pertineat, ut eâdem notati ab hisce quoque excludantur, vid. PH. RICHTERUS *in P. 2. D. 80. n. 27. & in V. 2. Conſ. 156. n. 2.* BEN. CARPZOVIUS *in Lib. VI. Reſp. Jur. Elect. Reſp. 100.* JOH. BRUNNEMANNUS *ad l. 4. ff. d. his qui not. infam. n. 5.* B. LAUTERBACH *in Concl. For. Ex. 10. Concl.* 14. *lit. c.* CHRIST. WILDVOGELIUS *in Reſp. 238. n. 3.* partim ipſimet in ea ſimus opinione cum PH. RICHTERO *dict. in P. 2. D. 80. n. 34.* MATH. WESENBECIO *in Parat. ad tit. d. his qui not. inf. n. 8.* BEN. CARPZ. *in P. IV. Ipr. For. C. 47. D. 8. & in Pr. Crim. P. 3. qu. 135. n. 60.* Scabinis Lipſienſib. ap. Eund. *ibid. n. 60.* & Per-Ill. DN. de LYNCKER *in Cent. I. Reſp. Jur. Jen. Reſp. 54. p. 66* quòd ex cauſa famoſa vel ad tempus tantùm relegatus jure arceatur à Collegiis Opificum, prætereaque non neſcii, quòd non modò à SIM. GROENEWEGIO *in Tr. d. LL. abrog. ad L. 13. §. 7. & L. 22. ff. de his qui not. infam.* hodienum infamiam non tam ex facti famoſitate, quàm ex pœnæ impoſitæ qualitate ſive genere æſtimandam eſſe, ſed & à BEN. CARPZOVIO *in Pr Crim. dict. P. 3. qu. 135. n. 52. & 49.* moribus noſtris, ubi infamia magis ex hominum opinione æſtimetur, relega-

(*f*) uti eandem ejusmodi in caſu omnino reſervandam eſſe, rectè monuit B. DN. FERD. CHRIST. HARPPRECHTUS *in Diſp. de Expreſſa honoris in ſententia Judicis Reſervat. th. 15.* allegando inſimul etiam exemplum de fabro ferrario Wezlarienſi ob porci furtum ad judicium tracto, in quo etiam Ampliſſ. hujusce loci Fac. Jur. Collegium eidem famam in ſententia reſervandam eſſe cenſuerit d. 20. Jul. 1687.

relegatorum multoque magis fuſtibus cæſorum famam in genere maculâ aliquâ laborare; eosdemque pro infamibus haberi, defenſitatum fuerit: partim probè ſimus memores, quòd reſervationes famæ à judicibus inferioribus quoque vulgò fieri ſolitæ & Juri communi & genuinis de jure circa famam atque exiſtimationem hominum principiis adverſari dicantur cùm permultis à modolaud. B. D. HARPPRECHTO nominatis *in Diſp. d. Expreſſa honoris in ſentent. Judic. reſervat. th. 4.* tùm præter illos etiam JOH. CHRISTOPH. DONAUERO *in Diſp. Altd. hab. Ao. 1697. de Tranſact. Legis cum reis delictor. de exiſtimat. peraggravat. pœnæ th. 25.* aliisq; nonnullis *ibid.* allegatis: partim verò Dbus infamiam ex delicto per ſe famoſo contractam per pœnæ ordinariâ minoris impotionem indiſtinctè evitari poſſe contendentibus à que B. DN. D. HARPPRECHTO hanc in rem adcitatis *in Diſp. d. ſingulari de Infamia Diſpenſat. quæ fit per pœnæ aggravat. th. 14.* & qui cum ipſis præter alios hac in parte facere videtur, DN. CHRIST. WILDVOGELIO *in Reſp. 137. n. 11.* haud quaquam adſtipulandum eſſe credamus, cum Eod. HARPPRECHTO *d. l. & th. 24.* ac qui hujus, utut nunquam nominati, veſtigia quoad hancce materiam in plurimis legit, modocit. DONAUERO *in dict. Diſp. th. 15.* neque etiam ad famam hoc modo illibatam ſervandam quamcunque juſtam cauſam inferiorem judicem ad pœnam ordinariam mitigandam impellentem ſufficere arbitremur cum JOH. BRUNNEMANNO *in Comm. ad L. 3. C. quib. ex cauſ. infam. irrog. num. 3.* & Scabinis Witebergenſib. ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Op. 104. p. 168.* partim inficias ire nequeamus cum CHRIST. BESOLDO *in Delib. Jur. ex Lib. 3. Pand. qu. 8.* & B. DN. HARPPRECHTO *in dict. Diſp. de ſing. d. infam. Diſpens. in præloq:* quòd mirabile omnino videatur, pœnam graviorem ultra legem impoſitam exiſtimationem conſervare hocque operari poſſe, ut non tantùm ob factum famoſum honeſto aliquo Collegio excluſi atque relegati deinceps iterum tolerari debeant inter viros honeſtos, ſed & quod magis v. gr. fures quadruplo fortè puniendi & ob fur-

tum

tum infamandi, ſiquidem fuſtibus cæſi, omni infamia eximantur: partim verò facilè admodum concedamus, quòd reſtitutio famæ definite atque reſtricte facta non ſtatim etiam readmiſſionẽ operetur ad Collegia Opificum: & partim deniq; non poſſimus non cum ILL. THOMASIO *in Diſp. d. Uſ. Pract. Doctr. Inſt. d. Legitim. cap. 2. in not. ad §. 4. lit. c. p. 58.* valde dolere inſignes, qui ſemet circa Comites Palatinos, tam circa eorum perſonas quàm circa conceſſæ ipſis poteſtatis exercitium, in eo ſemet exſerunt, abuſus, quòd nimirum non ſolummodo ab iis præſertim, quibus Comitiva major ſive facultas competit creandi Comites Palatinos, hæc ipſa dignitas absque ſufficiente delectu pueris quoque nonnunquam in cunis jacentibus integræque alicui maſculini ſexus familiæ conferatur, ſed & Comitum Palatinor. haud adeo pauci, ſive ad recuperandam pecuniam pro dignitate ſua erogatam, ſive ad exercendos actus poſſeſſorios vel quaſi gloriamque captandam, quibuscunque indiſtinctè, utut talia neutiquam merentibus, omnia jura ſua ac privilegia & in ſpecie etiam famæ reſtitutionem pro pecunia vendere, quin imo ad talia perficienda haud raro perſonas ejusmodi auxilii indigas anxiè conquirere hocque modo cujuscunque furfuris homunciones civibus honeſtioribus obtrudere & facinoroſos, per ſpem immunitatis ab ipſis tam facilè conſequendam, ad delinquendum penè invitare ſoleant, proindéq; iterum iterumque optaremus, ut major & in creandis ejusmodi Comitibus Palatinis, & ab hisce in privilegiorum ſuorum uſu atque exercitio inſtitueretur delectus; Attamen primò omnium antelaudatis Collegiis neque prohibendi Jus, ſolo Collegii jure absque alios excludendi facultate, vel cum illa quidem, ſed à Magiſtratu inferiore tantum ipſis conceſſo, aut eo, quod alii Opificii generi proprium, ob huic ipſi profeſſioni addictorum Opificum defectum per diuturnum licet tempus ſolitariè exercito, multoque minus privata tantùm auctoritate illud ipſum uſurpare volentibus, vel ob ea, quæ quoad priorem caſum, contra tradita DAV. MEVII *in P. II. D. 187. n. 5.* ADR. BEIERUS *in ſæpecit. Tr. c. 1. § 2. n. 8. §. 5. n. 20. ſqq. & §. 9. n. 34.* GE. AD. STRUVIUS *in Dec. Jur.*

Opif. 34. & 39. & ipſemet MEVIUS habet *in P. V. Dec. 228. n. 4. in not. & D. 259. in not. n. 1.* quoad ſecundum autem modolaud. MEVIUS *in P. VI. D. 156. n. 8. in not.* & quoad tertium Idem *in dict. P. V. D. 259.* ac Per Ill. DN. de LYNCKER *in Conſ. ſiv. Reſp. Vol. I. Reſp. 82. n. 16.* neque interdicendi aut excludendi Jura, ubi eadem legitimè non impetrarunt aut præſcripſerunt, lite cumprimis pendente, concedenda eſſe arbitramur cum ſæpecit. BEIERO *in Tr. d. Coll. Opific. c. 16. §. 10. n. 1321. ſq. & c. 21. §. 3. n. 1681. & d. Advoc. Opif. c. 7. §. 23. n. 513. ſq.* & DAV. MEVIO *in P. 2. D. 188. & P. 8. D. 478.* Deinceps verò, quantum horundem Jurium, utut legitimè acquiſitorum, iniquum exercitium nimisque acerbum illa ipſa exercendi modum attinet, rem ita comparatam eſſe exiſtumamus, ut non modò ſupra recenſitum nimium in exercendo prohibendi jure rigorem, cum manifeſto inſimul Magiſtratus Politici præjudicio conjunctum, ſed & nimiam eorundem extenſionem &, ubi ipſorum conceſſio definita atque reſtricta in illaque cauſæ, ob quas locum habere debeant, ſunt expreſſæ, harundem multiplicationem neminem non cum DAV. MEVIO *in P. 5. D. 228. n. 2. ſeqq. & D. 254. n. 6.* Scabinis Hallenſib. ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Opif. 19. p. 48.* Dicaſterii Jenenſ. Aſſeſſoribus, ap. ſæpelaud. DN. de LYNCKER *in Cent. 2. D. 110. p. 65. a.* & modocit. BEIERO *d. Coll. Opific. cap. 21. §. 3. n. 1680.* improbaturum ac, quòd omnes ante nominatæ perſonæ iniquè interdicantur artis ſuæ exercitio & adhuc iniquiùs planè excludantur è ſuis Collegiis, eò lubentiùs agniturum eſſe ſperemus, quò, uti quoad *primo loco recenſitas perſonas* 1.) à ratione valde eſt alienum, ut ex Lictorum, Carnificum aut delinquentium ſepelitione tanta erui velit irregularitas, cùm illa ipſa charitatis potius atque humanitatis operibus accenſeri mereatur, prætereaque conſtet, quòd Lictoribus atque Carnificibus vulgò non denegetur ſepultura honeſta ſive eccleſiaſtica, atque contraria opinio pro fundamento unico habet jam *ſupra in cap. prox. præced. §. 5. p. 46. 48. in fin. & 49. pr. & in not. ibid. lit. c. p. 67. ſqq.* à nobis rejectas opinationes, ac ſi nim. Carnifices

nifices

nifices atque Lictores aut cadavera punitorum vel in reatu demortuorum infamia laborarent aut levis notæ macula, ac ſi macula cuidam inhærens per tactum communicaretur & transferretur in tangentes, & ac ſi levis notæ macula juſta cauſa eſſet aliquem è Collegio ſuo ejiciendi; 2.) autem ei, quæ ob patibuli alteriusve ſupplicii loci ædificationem aut reparationem, laquei aut ſcalæ confectionem, ſtationem ſub patibulo inve Carnificinæ loco & abſciſſionem laquei quo alter ſemet ſuſpendere intendebat, vulgo decerni ſolet, excluſioni vel interdictioni planè nihil ineſt, quod pro ejusdem defenſione mereretur adduci, maximè cum priores illi labores ab ipſismet Opificibus omni liberentur macula, ubi integrum Collegium manum quoque applicuit: ille autem, qui ejusmodi in caſu laqueum abſcidit, egregium chriſtianæ charitatis opus perfecerit, proindéque etiam & pro iis, qui ſub patibulo ſteterunt aut in carnificinæ loco, jure Collegii non privandis, teſte GE. BEATO *in Cent. Decis. Saxon.* à JOH. JAC. SPEIDELIO hanc in rem adcitato *in Spec. Var. Jur. Pol. Hiſt. Obſ. & Not. Lit. H. n. 41. voce* Handwercker *p. 569. b.* à Conſiſtoriis Saxonicis, & ſupra recenſito in caſu pro puero illo optimo jure pronunciatum fuerit; & denique 3.) ad decernendam contra aliquem totalem à Jure Collegiali excluſionem, ob ingens, quod eidem (juxta aliquoties dicta pleniusque adhuc firmata per tradita ADR. BEIERI *d. Coll. Op. c. 16. §. 10. n. 1321. & d. Advoc. Opif. c. 7. §. 23. n. 313.* & B. DN. HARPPRECHTI *in Vol. I. Cons. 24. n. 134.*) famæ victusque intuitu per illam conciliatur, præjudicium, graviore omnino opus eſt cauſa, vid. modolaud. BEIERUS *in dict. Tr. de Coll. Op. c. 21. §. 3. n. 1682.* atque dehinc quoque in itidem ſupra memorata contingentia non minùs, rectè lata fuit ſententia pro Lanione tali à Scabinis Hallenſib. ap. STRUVIUM *in ſupracit. loc.* quàm pro eo, qui plus menſuratos 4. modios è frumento aliquò transvehendo in proprios uſus convertit, poſtmodum autem eorundem æſtimationem pretiumque ſolvit, ab iisdem Scabinis Anno 1643. Menſ. Jan. apud Eund. STRUVIUM *in Dec. 35.* Ita quoad *temporaliter ex cauſa non famoſa relegatos* obſervan-

Aa 2 dum,

dum, quòd, cùm ejuſmodi relegati nullam infamiam incurrant neque levis notæ maculam, éque contrario jura civitatis ſalva retineant illibataque, juxta *L. 4. & L. 7. §. 4. ff. de Interd. & releg.* eaque quæ BEN. CARPZOVIUS habet *in Ipr. For. P. IV. C. 47. D. 10.* proinde etiam neque in locis è quibus relegati jure Collegii privandi, neque in locis ad quæ relegati ab admiſſione repellendi ſint, rectè ita judicantibus PH. RICHTERO *in P. 2. D. 80. n. 29.* AH. FRITSCHIO *d. Coll. Opif. P. 2. c. 4. §. 5. n. 20.* BEN. CARPZOVIO *d. l. D. 7.* & Scabinis Lipſienſib. tam in Anno 1628. Menſ. Aug. quàm in Anno 1629. Menſ. Mart. ap. Eund. *cit. loc. n. 7. & in Pr. Crim. P. 3. qu. 135. n. 63.* quoad *pœnâ famoſâ* autem *indignè affectos*, quòd, cùm non ictum fuſtium, ſed cauſam potiùs, ob quam ille ipſe dictatus, infamem quem reddere jam *ſupra* à nobis evictum fuerit *in cap. prox. prac. §. 15. p. 129.* & falſa utique ſit ſuperiùs recenſita GROENEWEGII atque CARPZOVII, de infamia fuſtigationem atque relegationem indiſtinctè concomitante, ſententia, tam per modo ante ex ipſomet CARPZOVIO adducta, quàm per ea cumprimis ſatis ſuperque confutata, quæ B. DN. D. HARPPRECHTUS habet *in dict. Diſp. d. ſing. d. Inf. Diſp. th. 29. & 31.* & poſt ipſum JOH. CHRIST. DONAUERUS *in cit. Diſp. th. 29. & 30.* idcirco nec hi ipſi pœnam mereantur excluſionis à ſuis Collegiis: & denique *quoad ultimæ claſſis perſonas*, quod, quemadmodum non ſolummodò expreſſam honoris in ſententia reſervationem, nec Juri Juſtinianeo penitus incognitam aut adverſam, moribus noſtris vel maximè receptam comprobatamque eſſe & tunc cumprimis adhiberi ſolere, ubi condemnandus in Opificum aliove honeſtorum virorum Collegio vivit, interque ipſius effectus & hunce eminere, ut alicui per illam locus in iisdem conſervetur, à B. DN. HARPPRECHTO *in antel. Diſp. d. Expr. hon. in ſent. Jud. reſerv. th. 4. ſeqq. th. 12. & 34.* verùm etiam pœnæ ordinariâ mitioris impoſitionem ex cauſa ipſum delictum, in ſemet aliàs famoſum, minuente factam & famam hoc modo puniti conſer-

vare

vare & hoc quoque operari, ut is ipſe omnino tolerari debeat in ſuo Collegio, ex *L. 3. C. ex qb. caus.inf. irrog.* potiſſimùm, alios inter à PH. RICHTERO *in Vol. 2. Conſ. 156. per tot.* ADR. BEIERO *d. Coll. Opif. cap. 5. §. 45. n. 457.* JOH. BRUNNEMANNO *in Comm. ad L. 3. n. 2. ſeq.* ac modolaud. HARPPRECHTO *in Diſp. d. ſing. d. inf. Diſp. th. 25. p. 20.* & poſtremò, ordinariæ cuidam delicto ſtatutæ pœnæ aggravationem modum legitimum eſſe & famam alicujus & locum quoque eidem in Collegiis Opificum competentem illibatum ſervandi, ex *L. 13. §. 7. ff. de his qui not. inf.* aliundéque à JOH. BRUNNEMANNO *in Conſ. 60. n. 17. & Conſ. 109. n. 10. ſq.* B. DN. D. HARPPRECHTO *in dict. Diſp. per tot. & th.* imprimis *36. ſq.* DONAUERO *in dict. Diſp. per tot. & th.* cumprimis *22. ſeqq.* aliisque compluribus fuſiùs demonſtratum, & ex hacce procul dubio ratione etiam homicida poſt transactionem cum occiſi heredibus initam à Magiſtratu pœna pecuniaria atque relegationis ad annum affectus dignus nihilominus, qui alibi reciperetur in Collegium, judicatus fuit à Scabinis Lipſienſib. ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Op. 2.* ita non poſſit non in manifeſtum Imperialis auctoritatis atque Territorialis poteſtatis contemtum vergere, ubi Collegia Opificum reſtitutioni famæ ab Imperatore, Statibus Imperii aut Comitibus Palatinis huic vel illi conceſſæ effectum legitimum, quantum in ſe eſt, adimere & contra ſatis manifeſtos textus *in L. 5. C. d. divers. Reſcr. & L. 3. C. d. Crim. Sacril.* de Imperiali aut Principali judicio diſputare audent, maximè cùm in literis atque Diplomatibus nunquam non expreſsè etiam inſeratur clauſula, quòd hoc modo reſtituti admitti debeant ad ipſa non minus, quàm ad alia honeſtiorum virorum Collegia, eorundemque judicium, num aliquis ejusmodi reſtitutionem meruerit nec ne, valde jejunum atque inſipidum ſit, proindéque etiam pro famæ à Dominis ſuis Territorialib. reſtitutis in Collegiis ſuis omninò tolerandis rectè pronunciaverint Aſſeſſores Dicaſterii Jenenſ. Anno 1695.

 Menſ.

Menſ. Nov. ap. Per. III. DN. LYNCKER *in Rer. in Dic. Jen. dec. Cent. VIII. Dec 702. p. 178. ſeqq.*

§. IX. Abuſus circa Collegiorum Opificialium Jurisdictionis atque poteſtatis uſum occurrentes in eo potiſſimum conſiſtunt, quòd hæc ipſa Collegia non juxta hactenus deducta ſolùm & *rat. Principii Activi* variis modis pro Jurisdictione ſua amplianda éque contrario Magiſtratus in ſemet poteſtate coarctandâ laborare, & rat. *Objecti* cauſas matrimonialesquoq; atque criminales ad forum ipſorum plane non pertinentes omni niſu eò pertrahere: verùm etiam ulteriùs adhuc & aliis non opificiariis de cauſis, veluti Tutelis, hereditatibus, Teſtamentis, dotibus &c. conſtituendi, & Statuta Articulosque ſuos interpretandi deſuperque diſpenſandi, & mulctas à ſemet dictatas privata auctoritate exequendi contrave refractarios, teſte ADR. BEIERO *in Tr. d. Convic. Op. p. 3. c. 3. §. 25. n. 251.* convicia dicendi, & denique pignora capiendi facultatem inconſulto Magiſtratu ſibimet arrogare: *Rat. formæ* autem, in cauſis ipſorum Jurisdictioni relictis debitè non cognoſcere, ſed antequam partes ſufficienter auditæ, ſententiis, interdictis atque excluſionibus in illas irruere, interque jurgia ac clamores barbaros easdem à corporis ſui juribus vel ad tempus ſuſpendere vel etiam ſemet meliores omninò excludere, atq; hoc modo *rat. finis*, Magiſtratus Ordinarii curas non minuere, ſed potius, ut infinitis querelis & proceſſibus fatigetur, in cauſa eſſe ſoleant. Cùm enim 1.) ante recenſitæ tutelares, hereditariæ, teſtamentariæ, dotales aliæve ad artem aut profeſſionem Opificum non ſpectantes cauſæ objectum non conſtituant qualiscunque Jurisdictionis ipſorum Collegiis competentis, & communiter de illis eorundem Articuli atque Statuta à Superioribus confirmata ſileant, vid. AH. FRITSCHIUS *d. Coll. Opif. p. .. c. 3. § 4. n. 15.* MARC. RHODIUS *in Diſp. d. Jurisdict. Opif. c. 4. §. 22.* aliique, & verò hæc ipſa Collegia ad Articulos, Statuta atque privilegia ſua adeo ſint adſtricta, ut ultra illorum literam nec ſapere nec ferocire ipſis liceat, ac extra eadem diſpoſita ipſo

jure

jure nulla invalidaque ſint, vid. ADR. BEIERUS *in Tr. d. Domeſt. Op. c. 12. §. 8. n. 574.* & AH. FRITSCHIUS *in d. Tr. p. 2. c. 6. §. 2. n. 7.* 2.) autem neque interpretatio aut declaratio Articulorum, neque circa eosdem facienda diſpenſatio ad Collegia Opificum pertineat, utpote iisdem, rectè obſervante BEN. CARPZOVIO *in P. IV. C. 47. D. 10. n. 2.* veluti Legibus obligata, ſed ad Superiorem, tanquam eorundem Auctorem, *arg. L. ult. §. 1. in fin. C. d. LL.* vid. ADR. BEIERUS *d. Mag. c. 4. §. 1. n. 115. & c. 6. §. ult. n. 186. ſeq. & in Tr. d. Domeſt. Opif. c. 5. §. 17. n. 272. & c. 10. §. 7. n. 490. & in Tr d. Orig. Spec. & Interpr. Jur. Opif. c. 8. §. 4. n. 608. ſeqq. & c. 11. §. 8. n. 805. ſeq.* & AH. FRITSCHIUS *in dict. Tract. P. 2. c. 3. §. 1. in fin. & §. 3.* 3) mulctarum equidem indictio juxta plerorumque locorum Statuta aut conſuetudines Collegiis Opificum competat, ſed non executio, vid. DAV. MEVIUS *ad Jus Lub. P. IV. tit. 13. art. 3. n. 34. p. 842 b. & P. 5. D. 253. n. 3.* 4.) tametſi in cauſis opificiariis, etiam ubi ad Magiſtratum ordinarium delatæ, proceſſus ſummarius obſervetur, per tradita modo laud. BEIERI *d. Adv. Op. c. 13. §. 16. n. 905. & c. 18. §. 6. n. 1137.* attamen ante deſcriptus Proceſſus, ob non obſervata ea quæ ex ipſomet Gentium jure ad omnem proceſſum legitimum requiruntur, haud dubiè inſanabili ferè laboret nullitatis vitio: & denique 5.) ultimi mores ſupra *in cap. 1. §. 2. p. 14.* recenſito in Collegiorum inſtitutione intento fini omnino adverſentur; Exinde ſua ſponte fluere arbitramur, quòd & hæcce Opificum inſtituta abuſibus adnumerando plane non peccaverimus.

§. X. Sed ut tandem vela contrahamus & ad finem properemus, ab omni ulteriore Abuſuum recenſione atque conſideratione meritò nobismet temperantes, absque longiori mora pedem proferimus ad

CAPUT IV.

De medelis contra Abuſus Opificiarios adhibendis.

§. I.

§. I.

QUando jam de Remediis contra ante recenſitos Abuſus adhibendis aliqua ſcribere intendimus, ante omnia negare nequimus, omnium expeditiſſimum atque univerſaliſſimum remedium fore, ſiquidem juxta mentem tam SIGISMUNDI Imp. *ſupra* indicatam *in cap. 1. §. 2. p. 15. & 16.* quàm etiam Legati Elector. Brandenburg. & totius fere Scamni Secularis in Imperii noſtri Comitiis Anno 1669. & 1671. idem plane, juxta ea quæ AUTHOR *Med.* habet *ad Inſtr. Pac. Weſtph. in Mant. 3. ad Art. 8. §. 3. p. 1403. ſeq.* ſentientis, hæc ipſa Collegia penitus tollerentur atque extirparentur, & quidem eò magis, quò 1.) abuſus illi tottantique ſunt, ut omnem plane ex iisdem redundantem uſum longe lateque ſuperare nullamque ferè emendationem admittere videantur: 2.) autem ex Jure noſtro conſtat, quòd, ſicuti omnia omnino Jura atque Privilegia, ſic & Jurisdictio in ſpecie per abuſum amittatur, vid. DAV. MEVIUS *in P. 2. D. 157. n. 5. in not. & P. 3. D. 38. n. 1. in not. & ad Jus Lub. P. IV. tit. 13. art. 3. in addit. ad n. 1. p. 844.* MARC. RHODIUS *in Diſp. d. Jurisd. Opif. c. 9. §. 14.* B. LAUTERBACH *in Coll. Pand. Th. Pr. ad tit. d. Jurisd. §. 57.* & SAM. STRYCKIUS *in Diſp. de Abuſu Jur. quæſiti cap. 1. n. 35. paſſimque*: & denique 3.) jam à VITO LUDOV. SECKENDORFFIO *in addit. ad Part. II.* des teutſchen Fürſten-Staats *cap. 8. §. 9. p. 219. ſeqq. Ed. noviſſ.* ANDR. SIM. BIECHLINGIO *in not. ibid. ſigno ** p. 237. ſeqq.* DAV. MEVIO *ad Jus Lub. d. l. p. 843.* & pro parte etiam ab Electore Brandenb. FRIDERICO WILHELMO in Reſcripto ad Regimen Magdeb. dato de Anno 1683. ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Opif. 98. p. 159.* obſervatum ipſaque experientia atque terrarum Collegiis Opificum deſtitutarum exemplo plus quàm comprobatum eſt, quòd rei publicæ multò conducibilius ſit, ſiquidem in eadem plane nulla extent ejusmodi Collegia, ſed cuilibet artis alicujus fiduciam habenti libera facultas relinquatur eandem profitendi, proindéque præſtet, ut Opifices,

ubi

ubi jura Collegiorum nondum impetrarunt, iisdem in poſterum non potiantur; Quùm autem è contrario 1.) Collegia Opificum ſua non careant utilitate, vid. DAV. MEVIUS *in d. loc. art.* 1. *n.* 1. *ſeqq. p.* 540. *b.* AH. FRITSCHIUS *d. Coll. Opif. P.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 1. *ſeqq.* aliique: 2.) omnis mutatio, uti in univerſum, ſic & vel maximè hac in re, admodum periculoſa &, quando cumprimis hæcce Collegia Privilegiis Cæſareis communita eorundemque abrogatio ab uno tantum alterove Statu Imperii in particulari vult inſtitui, multis omnino difficultatibus expoſita: ac denique 3.) cum abuſu non ſtatim etiam tollendus ſit omnis planè uſus, das Kind nicht gleich mit dem Bad auszuſchütten / & hisce procul dubio ex cauſis in Imperii noſtri Comitiis, modò ante indigitatis in annis, Legatorum Auſtriacorum, Bavaricorum & Saxo-Altenburgenſium, unà cùm plurimis Electoralibus, univerſo Scamno Eccleſiaſtico atque Collegio Civitatum Imperialium horundem Collegiorum aſſervationem atque tolerantiam ſuadentium ſententia prævaluit ac juxta ejusdem tenorem de remediis contra abuſus in iisdem obtinentes ſalvâ illorum exiſtentiâ adhibendis anxie deliberatum; Inde nec nos ultra tot tantaque lumina Patriæ ſapere, ſed potiùs de aliis, quàm horundem Collegiorum totalis abrogatio eſt, remediis quærendis mentem noſtram paucis exponere conabimur.

§. II. Quemadmodum autem ſupra memorati Abuſus ipſi diverſi omnino ſunt generis, inque primis eorum alii per univerſum ſemet extendunt Imperium noſtrum eidemque vicinas quoque terras atque provincias, alii autem intra hocce tantùm illudve Territorium aut hanc illamve urbem manent, ita quoque facere nobis videntur, ut, tametſi alicui cum DN. CHRIST. GODOFR. HOFFMANNO *in Spec. Conj. Pol. d. Orig. & Nat. LL. Germ. priv. antiq. c.* 3. *Per.* 3. §. 4. *Sect.* 6. *in not. ad* §. 2. *lit.* K. *p.* 168. aliisque, eò magis videri poſſet, ac ſi omnium & ſingulorum coërcitio aliter quàm conſpirantibus Statuum Imperii conſiliis

fieri nequeat, quò & jam olim ante indigitatis in annis de iisdem indiſtinctè in publicis Imperii noſtri Comitiis deliberatum proviſumque fuit, &, prout noviſſimè demùm ex literis publicis, novellarum nomine vulgò inſigniri ſolitis, comperimus, denuò forſan proximè deliberabitur, nihilo tamen minus & remedia, quibus indigent, duplicis ſint generis, aliaque communi atque comitiali Imperatoris Statuumque Imperii conſenſu atque conſilio, partim ob ipſam illorum naturam, partim verò ob damnandas, quæ, ubi iidem ab hocce tantùm illove Statu Imperii in ſuomet Territorio eliminari vellent, haud vane exinde metuendæ forent, Sociorum conſurrectiones, conjurationes atque migrationes, decerni debeant, alia autem à quolibet Statu Imperii in particulari ſuo in Territorio haud difficulter adhiberi queant: Ubi forſan non erraverimus, ſiquidem priorem in claſſem Abuſus retulerimus *in Cap, II.* §. *1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 11. n. 2.* §. *12. n. 1. 2. 3. 4. & 5.* §. *13. 15. n. 1. 4. ſeq.* §. *16. n. 1. & 2. & Cap. III.* §. 2. 5. *n.* 1. §. *6. n.* 1. §. 7. *n. 1. 2. & 5. &* §. *8.* de iniqua excluſione recenſitos: in poſteriorem autem eos, quorum *in Cap. II.* §. *4. 9. 10. 11. n. 1. 3. 4. 5. & 6.* §. *12. n. 6.* §. *14. n.* 1. 2. 3. *ſeq.* §. 15. *n. 2. 3. 6. 7. & in fin.* §. *p. 139. ſq.* §. 16. *n. 3. & in Cap. III.* §. 1. *n.* 1. *& 2.* §. *3. 5. n. 2. & 3.* §. *6. n. 2.* §. 7. partim *altero loco*, partim verò etiam *primo*, *ſub n. 3. & 4.* §. *8.* de prohibendi jure, & §. *9.* adduximus: Deinceps verò remedia contra utriusque generis Abuſus adhibenda alia *generaliora* conſtituerimus, ſi non omnibus, multis tamen Abuſuum generibus communia, alia *ſpecialiora*, huic vel illi Abuſui in individuo propria.

§. III. Ad *generaliora* Remedia referendum eſſe exiſtumamus I. ut, juxta *Concluſi communis trium Imperii noſtri Collegior. d. Ao.* 1672. §. 13. verba ſequentia: Wann nun aber die Erfahrung bezeuget / was vor groſſe Ungelegenheiten und Beſchwernüſſen durch ſothane und mehr andere dieſes Orts nicht (g) exprimirte

(g) utut enim vocula nicht heic deſit Exemplari ab AUTHORE *medit. ad Inſtr.*

mirte Mißbräuche/ Unordnungen und Muthwillen/ durch das gantze Heil. Röm. Reich verurſachet werden / ſo ſollen auch ſelbige und alle andere bey denen Herrſchafften und Obrigkeiten fürkommende / aller Orten abgeſtellet / (*h*) wider die Ubelthäter / nach Anleitung dieſer neuen Verordnung/ (*i*) mit allem Ernſt würcklichen verfahren werden / auch zu ſolchem Ende die Obrigkeiten einander die Hand biethen und die Widerſetzliche in dergleichen Fällen keines Weegs hegen vielweniger befördern/ wohl aber nach Beſchaffenheit des Muthwillens und der Ubertrettung dieſelbe ernſtlich abſtraffen ꝛc. § 14. ſequentem tenorem : damit auch denen vorigen ſowohl als dieſer erneuerten Reichs-Ordnung / in allen und jeden darinn (*k*) begrieffenen und von (*l*) Ortes-Herrſchafft und Obrigkeit noch weiters zu verfügen ſtehenden Satzungen und Articuln / lauth ihres klaren Innhalts / gehorſamlich nachgelebet / und auf keinerley Weiß noch Weeg (*ll*) einige Entſchuldigungen der Unwiſſenheit und (*m*) Unverſtandes vorgeſchützet werden mögen / ſo ſollen dieſe neu erneuerte und verbeſſerte Reichs-Ordnungen (*n*) nicht allein denen Handwercks-Meiſtern und Geſellen publiciret und jährlich

 vorge-

Inſtr. Pac. ſæpecit. in loc. exhibito, illud ipſum tamen omnino adeſſe oportere, & ſanus ſenſus evincit, & ANT. FABRI, B. BURGERMEISTERI atque DN. LUNIGII Exempla, illam ipſam prioribus verbis addentia.

(*h*) ſive abgeſtrafft, uti B. BURGERMEISTERI atque LUNIGII Exempla volunt.

(*i*) ſive Eingangs gedachter Policey-Ordnung und Reichs-Abſchieden, uti ANT. FABRI Exemplar habet.

(*k*) vel in allen darinnen ꝛc. ut idem Exemplum ait.

(*l*) jeden, juxta Idem Exemplar hanc ipſam voculam adhuc ſuperaddens:

(*ll*) ſive auf keinerley Weg, ut idem Exemplum habet.

(*m*) ſive oder, ut & *modo cit.* & B. BURGERMEISTERI atque LUNIGII Exemplaria habent.

(*n*) vel, ut ANT. FABRI Exemplum ait: ſo ſollen dieſelbige.

vorgeleſen/ *(o)* ſondern auch auf jeder Zunfft-Stuben/ oder ſo genandten Herberge/ damit ſie jedermann leſen könne/ offentlich affigiret/ inſonderheit aber denen Lehr-Jungen/ bey ihrer Loßſprechung/ deutlich *(p)* vorgehalten und ſie darüber zu deren *(q)* künfftigen Feſthaltung ins Gelübd genommen werden: & §. 15. verba ſubſequentia: Schließlichen und zu deſto mehrerer Conformität und ſteifferer Manutenenz aller in dieſer verneurten und verbeſſerten Ordnung *(r)* enthaltener vorhero reifflich erwogener Puncten und Articuln wäre mit den Benachbarten *(s)* gute Correſpondenz zu halten/ und ſelbige von den angräntzenden Craͤyſen und Ständen *(t)* zu erſuchen/ daß ſie in ſolche höchſtnöthig erneuerte Policey und heilſame Ordnungen mit beyzutretten/ auch ebenmäßig darob zu halten/ ſich möchten gefallen laſſen :c. *(u)* non quilibet modò Princeps aut Status Imperii noſtri Conſtitutiones, unà cum ſuis fortè hac in parte publicatis Ordinationibus, probè ab Opificibus obſervari, eumque in finem utrasque *(x)* quotannis ad minimum publicè ipſis prælegi, in curia aut diverſorio affigi ac à

(o) ſiv. ut Idem Exemplum vult: jährlich vorgeleſen und erneuert: vel, ut Burgermeiſterianum atque Lünigianum, publiciret, jährlich vorgeleſen.

(p) ſive ordentlich, uti in duobus hiſce poſterioribus Exemplaribus legitur.

(q) vel: und ſie zu deren: uti eadem Exempla dicunt.

(r) ſiv. in dieſer verneuerten Ordnung, uti ANT. FABRI.

(s) vel: wäre mit denen Oeſterreichiſchen Erb-Königreichen und Landen, denen Hanſee-Stätten, der Eydgenoſſenſchafft in der Schweitz und anderen Benachbarten jedesmahls :c.

(t) ſiv: Ständen und Cräyſen ut ANT. FABRI, vel Cräyſen oder Gräntzen, ut B. BURGERMEISTERI atque LUNIGII Exempla ajunt.

(u) quibus ANT. FABRI Exemplar adhuc ſuperaddit: maßen dann theils ſich bereits darzu erbiethig gemacht.

(x) prout e. gr. in hocce Ducatu rat. Ordinat. Molitoriæ, in der Fürſtl. Würtemb. erneurten Müller-Ordn. §. *27. fol. 9.* & rat. Reſcripti gene-

ac à creandis in Socios jurejurando obfirmari curet, verùm etiam omnes omnino tam medii quàm ſuperiores Magiſtratus ad abrogandos omnis generis abuſus concorditer inter ſemet non minus quàm cum vicinis potentibus conſpirent, unus alteri manus auxiliares præſtet, nemo eorum refractarios ſuo in Territorio toleret multóque minus foveat, ſed quivis eosdem perſequatur pœnisque condignis afficiat; idque eò magis, quò jam ab HOFFMANNO *in Lycurgo Germ. morib. informat. cap.* 17. *in fin.* ap. AHASV. FRITSCHIUM *d. Coll. Opif. in Mant.* 3. *p.* 160. & ab ipſomet FRITSCHIO *in eod. loc.* probe obſervatum, quòd cauſa nondum hucusque in Germania noſtra eradicatorum tantorum Abuſuum potiſſimùm etiam in neglectu conſiſtat Imperii noſtri Conſtitutionum & quòd eædem rariùs executioni condigne datæ, ſed, prout multis in paſſibus, ſic & in hacce materia, nolæ ferme comparandæ fuerint ſine piſtillo.

II. Ut iisdem Collegiis, juxta elegantem *antelaudati Concluſi commun.* diſpoſitionem *in* §. 1. ejusdemque ſequentis tenoris verbis: I. (*y*) Sollen im Heil. Röm. Reich die Handwercker unter ſich keine Zuſammenkunfft ohne vorwiſſen der Obrigkeit / um (*z*) darzu jemanden in ihrem Nahmen nach gutbefinden zu deputiren / anzuſtellen Macht haben / (*a*) auch (*b*) an kei-

generalis JOH. FRIDERICI Anno 1608. Collegior. Opificial. intuitu publicati, *in ejusd.* §. 6. *fol.* 292. der Lands-Ordn. ſalubriter admodum cautum.

(*y*) ſiv. II. ut habet Exemplar ab ANT. FABRO vulgatum.

(*z*) non und, uti quidem in Exemplari dicitur ab AUTHORE *Med. ad Inſtr. Pac.* edito.

(*a*) ſive, ut paulò inversâ conſtructione paulóque aliis cum verbis ANT. FABRI Exemplum habet, die Handwercker keine Zuſammenkunfft unter ſich anzuſtellen und zu halten Macht haben, es geſchehe dann in Beyſeyn eines Deputirten von des Orts Obrigkeit.

(*b*) vel, Macht haben, an keinem Ort ꝛc. uti B. BURGERMEISTERI atque LUNIGII Exemplaria ajunt.

an keinem Ort einige Handwercks-Articul / Gebrauch und Gewohnheit paſſiret werden / ſie ſeyen dann von jedes Orts Obrigkeit confirmiret und bekräfftiget / hingegen alle diejenige / welche von denen Handwercks-Leuten / Meiſter und Geſellen / allein für ſich und ohne Obrigkeitliche Erlaubnuß / Approbation und Confirmation auffgerichtet worden / oder ins künfftige auffgerichtet und eingeführet (c) werden möchten / null / nichtig / ungültig und unkräfftig seyn: Wann auch dieſelbe (d) im Heil. Röm. Reich / es ſeye wo es wolle / ſich mit Einführung eigenwilliger Gebräuche hierwider vergreiffen auch auff Obrigkeitliche Ahndung darvon nicht abſtehen würden / ſollen ſelbige (e) nach gebührend beſchehener Obrigkeitlichen Erkanntnuß / wegen ſolcher Ubertrettung und Ungehorſams in dem Heil. Röm. Reich auf ihren Handwercken an keinem Ort paſſirt / ſondern von jedermänniglich für Handwercks (f) unfähig und untüchtig gehalten / auch wann ſie ausgetretten / ad valvas Curiarum, oder andern offentlichen Orten angeſchlagen und aufgetrieben werden / ſo lang und viel / biß ſie (g) ſolchen ihren Verbrechens und Unfugs wegen Obrigkeitlich abgeſtrafft / und publica autoritate zu ihren Handwercken wiederumb admittiret worden / mit welcher Straffe auch gegen diejenige Meiſter- und Geſellen / ſo dergleichen delinquenten / hindangeſetzt berührter ihnen (h) kund gethaner Obrigkeitlicher Erkanntnuß / vor tüchtig und Handwercks-fähig halten und zu Treibung des Handwercks beförderlich ſeyn wollten /

(c) ſiv. aufgeführet und eingerichtet, uti minùs eleganter eadem Exemplaria tradunt.

(d) ſive: Wann auch einige Meiſter, ut ANT. FABRI Exemplum ait.

(e) ſive: die oder dieſelbe, juxta Id. Exemplar.

(f) ſive: von jedermänniglich vom Handwerck, ſecundùm LUNIGII atque BURGERMEISTERI Exemplaria.

(g) ſiv. biß der oder dieſelbe, ut FABRI Exemplum inquit.

(h) vel berührter, und ihm oder ihme kund gethaner ꝛc. ut Id. Exemplar habet.

ten/ zu verfahren: juxtaque huic ipſi admodum conformem conſtitutionem der Bayriſchen Land- und Policey-Ordn. *in Lib. IV. tit.* 1. *art. 12.* ap. AH. FRITSCHIUM *in Tr. d. Coll. Opif. Mant. 2. p. 152. ſeq.* und Hertzog Georg Wilhelms zu Braunſchweig Lüneburg Verordnung und Reglement *pcto* der Aemter und Gilden §. *10. & 32.* ap. ANT. FABRUM *in Tom. 1.* der Europäiſche Staats-Cantzl. *Faſc. 2. n 6. p.* 147. *&* 157. & conventus privatos absque præſcitu Magiſtratus aut non præſente aliquo ab eodem deputato, inſtituendi, & Statuta clancularia conficiendi aut conſuetudinem aliquam introducendi poteſtas omnino adimatur, in taliaque tentantes graviter animadvertatur, è contrario autem non ſolummodò (*i*) iisdem è Senatu viri graves opificiorumque periti, Handwercks-Verordnete/ Zunfft-Vorgeſetzte ꝛc. vulgò dicti, præponantur, qui eorundem conventibus interſint, quæ gerantur inſpiciant, ne quid præjudicii Reipubl. creetur obſervent, in pravas eorum conſuetudines, pacta clandeſtina atque conventiones inquirant & deprehenſas illorum fraudes fallaciasque Magiſtratui bona fide deferant, ac de cætero quoque de rebus opificiariis quotiescunque opus ad eundem referant: ſed & ipſorum Articuli, priusquam in eosdem conſenſus impertiatur, diligenter ac ſolicitè examinentur, in illisque an & quantum ipſis concedi velit, diſtinctè exprimatur, admetiendo quaſi ad pondus & ulnam variisque limitibus circumſcribendo ipſorum poteſtatem, eademque ad ſtrictiſſimam atque literalem illorum obſervationem obligando: vid. ADR. BEIERUS *de Advoc. Opif. c. 38.* §. 11. *n. 2249.* & DAV. MEVIUS *ad Jus Lub. P. IV. tit.* 13. *art. 3. n.* 16. *p. 841.* tandem verò, ubi vel temporis ratio vel aliæ circumſtantiæ mutationem ſuadent, iidem à Magiſtratu, pro poteſtate plerumque ſibi in eorum confectione aut confirmatione expreſſere-

(*i*) ad exemplum Civitatum, Lubeccæ, Noribergæ aliarumque, de quibus vid. MEVIUS *ad Jus Lub. P. IV. tit. 13. art. 3. n. 17. ſeqq.* & AH. FRITSCH *d. Coll. Opif. p. 2. c. 7.* §. *2. n. 11. & 12.*

ſè reſervari ſolita, quin & absque tali reſervatione competente, mutentur aut emendentur: Conf. DAV. MEVIUS *d. l. in add. ad n.* 1. *&* 13. *p.* 844. *ſeqq. & P. V. D.* 230. JOH. BRUNNEMANNUS *ad L. fin. ff. d. Coll. & Corp. n.* 6. *&* 7. AH. FRITSCHIUS *d. Coll. Opif. p.* 2. *c.* 7. §. 2. *n.* 10. & JOH. WOLFG. TEXTOR *in Diſp. d. Jurib. Opif. p.* 2. *in not. ad th.* 1. *lit. b.*

III. Ut Magiſtratus, evenientibus ejusmodi abuſibus, ubique auctoritatem ſuam debitè interponat, ante omnia amicabili modo rem componere tentet, inque primis ne ad exteros res diſpaletur, daß die Sach nicht hinaus komme / præcaveat, ubi verò huic viæ locus dari recuſatur, ex adverſo non nimis meticuloſus ſit neque per minas ipſorum ſtatim ab incepto tramide ſemet deterreri patiatur, ſed cordatum ſemet exhibeat, procedendo contra refractarios per interdictionem exercitii artis, arreſtum, ſive perſonæ ſive ſarcinæ, des Bündels / carcerem &, pro modo delicti, conditione ſui ipſius (*k*) atque ratione aliarum circumſtantiarum, relegationem quoque, fuſtigationem, quin & pœnam ultimi ſupplicii: juxta *Ref. Pol. d. Anno* 1530. *tit.* 39. §. 1. in verbis: Und welcher Meiſters-Sohn oder Geſell ſolch obgemeldt Erkanntnuß und Verträge nicht annehmen noch halten wolt oder würde / ſoll im Reich teutſcher Nation / in Stätten und Flecken ferner zu arbeiten / und ſolch geſchenckt oder nicht geſchenckt Handwerck zu treiben / nicht zugelaſſen / ſondern ausgetrieben und weggeſchafft werden: &, qui iisdem plane verbis utuntur, *Ref. Pol. d. Anno* 1548. *tit.* 37. §. 3. *R. J. d. Anno* 1559. §. 79 *ac Ref. Pol. d. Ao.* 1577. *tit.* 38. §. 5. & juxta *R. J. d. Ao.* 1594. §. 127. in verbis: ſetzen und wollen / wo hinführo im Heil. Röm. Reich / eins oder anderer Orts / dergleichen Zerrüttung / Unordnung / Mißbräuch und Ubertrettung / obgedachter geſchenckter und ungeſchenckter Handwercken / neuen ungewöhnlichen Innungen fürlauffen

(*k*) Ita enim in Civitatibus Imperialibus tam ſevera remedia non ſemper adeo ſecure contra concives imprimis adhiberi, res ipſa loquitur.

lauffen / daß es nicht allein bey den Pönen in mehr angedeuten / ſonderlich in denen Anno ꝛc. viertzig acht zu Augſpurg auffgerichten und hernacher zu Franckfurth Anno ꝛc. ſiebentzig ſieben der weniger Zahl / erneuerten Policey-Ordnungen verbleiben / ſondern auch gegen den Ubertrettern / nach Geſtalt befundener Mißhandlung / mit Leibes-Straff / Staupenſchlagen und dergleichen / von eines jeden Orts Obrigkeit / da die Mißhändler befunden / verfahren werden ſoll: contra integra autem Collegia, per privilegiorum atque articulorum decurtationem aut totalem privationem: vid. AH. FRITSCH *d. l. n.* 14. *ſeqq.* GE. AD. STRUVIUS *in Dec. Jur. Op. 10. p.* 37.

IV. Ut Magiſtratus nonnunquam & quando Abuſus non tam magni eſt momenti atque metus majoris mali conniventiam ſuadet, aliquantulum ipſis indulgeat &, quaſi nihil de re ſibi conſtet, ſimulet atque parumper de rigore remittat: vid ADR. BEIERUS *d. Tyr. Opif. c. 6.* §. 10. *n.* 317. & DAV. MEVIUS *in Reſp. VI. ſuper Jur. Lub. rat. Dec.* 14. *p.* 61. *b.* ubi incurioſos nuncupat Magiſtratus, ſuæ civitatis opificiis talia injungentes hisve reſiſtentes, ob quæ illa ipſa alibi pœnas aut ignominiam luere exactionesve metuere debeant. Unde etiam fieri novimus & factum fuiſſe ex BEIERO addiſcimus *in Tr. d. Advoc. Opif. c.* 32. §. 11. *n.* 1846. *&* §. 13. *n.* 1854. *& cap.* 13. §. 9. *n.* 882. ut interdum ipſimet Magiſtratus actoribus læſis ſubmiſſionem hocque ſuaſerint, daß ſie ſich mit dem Handwerck abfinden ſollen / & ſatiùs ſæpemet reputatum fuerit, ut quis innocens leviter ſemet puniri patiatur, quàm multis cum expenſis cauſam proſequatur.

V. tum Remedium generale recurſus conſtituit ad ſuprema Imperii noſtri Tribunalia, vel etiam, ubi rei iisdemque vicina opificia ab ipſorum jurisdictione non ſunt exempta, cauſaque ita eſt comparata, ut in illa forum ſit fundatum, ad Judicia provincialia, die Land-Gericht / in iisdemque impetranda Mandata pœnalia cum vel ſine Clauſula, Reſtitutoria, Inhibitoria, Dehortatoria, &c.

citationes ad videndum & audiendum ſemet incidiſſe aut planè condemnari in pœnam *R. J. d. Anno* 1566. *§.* ferner haben wir ꝛc. 177. ſcil. 10. marcarum auri puri Fiſco Cæſareo inferendam, nec non interventio Fiſcalis Cæſarei.

VI. tum autem hoc, ut, ſiquidem controverſia ſit inter Collegia Opificiaria atque Magiſtratum vel inferiorem coram Principe, vel ſuperiorem coram Supremis Imperii noſtri Tribunalibus, iisdem, juxta *Concept.* Cammerger. Ordn. *p.* 2. *t.* 25. *§.* 3. *R. I. d. Ao.* 1654. *§.* benebens ſollen ꝛc. 105. *Capitulat. Leopold. Art.* 18. *Joſeph. art.* 17. *& Carolinæ Art.* 19. eaque, quæ DAV. MEVIUS *in P.* 2. *D.* 47. *& P.* 3. *D.* 37. nec non ADR. BEIERUS habent *d. Advoc. Op. c.* 8. §. 18. *n.* 586. *& c.* 39. §. 9. *n.* 2299. *ſeqq.* non tam faciles aures præbeantur, ſed potiùs præſumptioni pro Magiſtratu nunquam non militanti locus detur.

VII. mum in eo conſiſtere arbitramur, ut Magiſtratus actionibus à parte læſa contra ejusmodi refractarios, etiam ad ipſos vexandos tantùm, inſtitutis omnino faveat, illamque quovis modo adjuvare, hosce autem auriculâ molliores facere, mürb zu machen / quantumcunque tentet: Et denique

VIII. vum in eo, ut, exiſtente uno alterove caſu, Abuſibus forte adnumerando, non ſolummodò Magiſtratus vicini conſulantur, ſed & vel per literas audiantur vel etiam adcitentur atque convocentur Collegia vicina impartialia, ad indicandam ſuam de ejusmodi caſu mentem; Quanquam jam *ſupra in cap.* 2. *§.* 9. *p.* 84. non ſine cauſa à nobis monitum fuerit, quòd ut plurimum parum proficiant illorum Reſponſa.

§. IV. *Specialiora* Remedia jam nunc conſideraturi ordinem ſervabimus, qui ſupra nobis in ipſorum Abuſuum recenſione complacuit. Quantum itaq; primo loco Abuſum attinet *in cap.* 2. §. 1. recenſitum, contra eundem, quatenus ſemet circa indagationem operarum exſerit, de remedio in ipſis *ibid.* allegatis Imperii noſtri Conſtitutionibus, & quidem in ſpecie *in Ref. Pol. d. Anno* 1530. ſequentibus hisce, & *in Ref. Pol. d. Ao.* 1548. *R. I. d. Anno* 1559. *& Ref.*

& Ref. Pol. de Anno 1577. repetitis verbis: Wo aber jemand von denſelben fremden ankommenden Handwercks-Geſellen in einer oder mehr Stadt oder Flecken ankommen / Dienſt oder einen Meiſter begehren / der ſoll ſich allweg / von ſolcher Sach wegen / bey deſſelben ſeines gelehrten Handwerck Zunfft- oder Stuben-Knecht oder wo kein Zunfft noch Stuben wären / bey deſſelben Handwercks-Geſellen angenommen Wirths oder Vatters / oder bey den jüngſten Meiſtern ſo jederzeit deſſelben Handwercks ſind / oder aber bey denjenigen / ſo von einer jeden Oberkeit darzu verordnet ſind oder werden möchten / anzeigen. Derſelben Zunfft oder Stubenknecht / der angenommen Wirth oder Vatter / oder Verordnet / für ſich ſelbſt oder durch ſeinen Knecht / oder jünſten Meiſter / ſoll auch alsdann zu jederzeit mit getreuem Fleiß / und wie der Ort der Gebrauch iſt / denſelben ankommenden Handwercks-Geſellen um Dienſt und um einen Meiſter ſehen und werben / in aller Mas / wie hiervor die erwehlten Handwercks-Geſellen und Knecht zu jederzeit gethan hätten: æque ac in der Fürſtl. Würt. Bau-Ordn. *p.* 105. *&* 106. cautum proviſumque fuit, ut indagatio illa vel à Tribûs famulo communi, vel ab eo caupone, penes quem diverti ſolent peregrinantes Socii, vel à Magiſtro juniore, vel denique etiam ab eo fieri debeat, cui id munus à Magiſtratu commiſſum: quatenus verò dona atque convivia attinet, quibus excipi ſolent adventantes Socii, nihil amplius ſupereſt, quàm ut, ſi non utraque, (*n*) poſteriora ſaltem, unà cum aliis Sociorum commeſſationibus atque conviviis à ſingulis Dominis Territorialibus ſeriò interdicantur inque transgredientes

(*l*) munera enim illa faciliùs adhuc tolerari queunt, maximè quando pauperibus tantum ſodalibus pro viatico moderatè dantur, utpote quo in caſu illa ipſa ſub prohibitione Conſtitutionum Imperii plane non contineri, non ſine cauſa JOH. WOLFG. TEXTOR cenſuit *in Diſp. d. Jurib. Opif. P. I. in not. ad th.* 4.

gredientes pœnæ condignæ ſtatuantur; Sicuti tale quid poſterio-rumintuitu factum videmus *in modo laud*. Fürſtl. Würt. Bau-Ordn. *d.l.*&c, teſte ADR. BEIERO *in Tr. d. Boeth. c. 7. §. 4. n. 331. in Ord. Prov Elector. Saxon. d. Anno 1550. tit.* von denen Handwercks-Leuten / §. daß die rc. *vers.* als auch in der Kayſerl. Rat. diei Lunæ autem, non ſolùm in *ſuperius p.*21. nominatis Conſtitutionibus Principum, ſed & *in Ordinat. Polit. Saxon. d. Anno* 1661. *tit.* 21. *§. 6.* & *in dict.* Bau-Ordn. *p.* 113. *in fin.* Cujusmodi prohibitionis etiam eo major ſperandus videtur effectus, quò, ſi fides habenda Eid. BEIERO *d. l.* Viennæ non minus, quàm Noribergæ penitus expirarunt omnes ejus modi exceptiones; quanquam negare nequeamus cum Eod. BEIERO *d. l.* §. *8. n. 357. ſeqq.* longe adhuc majorem ſpem univerſalioris earundem extirpationis fore, ſiquidem una omnibus Imperii noſtri Statibus hac in re mens futura eſſet idemque plane animus.

§. V. Contra Abuſum *in cap.* 2. §. 2. recenſitum, de mulctarum irrogatione, à Boethis atque Magiſtrorum filiis ſibimet vindicari ſolita, paratum eſt remedium, ut hi ipſi Boethi atque Magiſtrorum filii ejusmodi mulctas dictare ſub pœnæ comminatione prohibeantur &, ſi talia tentare, non attenta admonitione prævia, auſi fuerint, pœna etiam executioni detur, inque primis aufugituris vel in propria perſona vel ſaltem in illorum ſarcina arreſtum imponatur, iidemque ubique exagitari ac pro irregularibus haberi curentur.

§. VI. Quonam autem modo tertio Abuſui, *in ejusdem cap.* §. 3. memorato, diffamationibus ſcil. conviciis atque exagitationibus opificum occurrendum ſit? partim ipſæmet Imperii noſtri Conſtitutiones ſuggerunt, quando nim. in omnibus *ibid.* memoratis Ordinationibus Politicis atque R. I. *in dd. ll.* ſequentia hanc in rem diſponuntur: Welcher aber das (convicia ſcil. ex & circumagitationes) thät / das doch nicht ſolle ſeyn / ſo ſoll derſelbe Schmäher ſolches vor der ordentlichen Oberkeit des Orts ausführen. Ob aber der hierinn Ungehorſam erſchiene / ſo ſoll er von ermeldter Oberkeit / nach Geſtalt der Sachen / geſtrafft

geſtrafft und für unredlich gehalten werden/ ſo lang und viel/ biß das/ wie obſteht/ ausgeführt: *in R. I. d. Anno* 1551. §. der-wegen 84. autem hæcce conſtituuntur: Da auch einer oder mehr Handwercks-Geſellen einem andern ſein Geſinde ſchmähen oder angreiffen würden/ ſo ſoll von uns die Oberkeit/ unter welcher der oder die begriffen/ hiemit Befehl haben/ daß ſie mit der Straff/ Vermög der Policey/ gegen denſelbigen für-gehen/ und folgends/ ſo ſie die der Gefängnuß erledigen/ ſie geloben und ſchwören laſſen/ die Ordnung in dem ſtät und feſt zu halten: partim verò ab ADR. BEIERO oſtenſum *in Tr.d.Convi-ciis Opif.P.3.§.54.& mult.ſeqq. c. 13. per tot. n. 392. ſeqq.* ubi circa medelas, præter remedia ipſimet patienti ſive diffamato aut conviciis affecto competentia, (*o*) ulterius adhuc à Magiſtratu contra hunc ipſum abuſum adhibendas, diſtinguendum eſſe tradit inter Magiſtratum inferiorem atque ſuperiorem ita, ut ab

(*n*) quorum alia inſervire ait ad declinandas vel avertendas diffamationes atque injurias, alia autem ad expediendum ſemet jam factis, ita, ut priorem in claſſem illud referat, ut quis moribus opificiariis receptis atque approbatis ſemet conformem gerat: in poſteriorem autem 1.) amicabilem compoſittonem, non expectata denunciatione Opificum, vel proceſſu judicario coram ordinario ineundam: 2.) in Boethis fugam & laborationem per privilegiarias quaterdenas ubique perficiendam: 3.) mortem: 4.) implorationem Magiſtratus pro ſufficiente protectione: & denique 5.) remedium *L. diffamari C.d. ingen. man.* de quo ipſo etiam videri meretur Per-Ill. L. B. de LYNCKER *in Cent. 3.D. 263. p. 160. b.* quibus adhuc 6.) actio injuriarum &, ſi quis poſt dictum ejusmodi convicium jure Collegii injuſtè privatus fuit, 7.) famoſum illud remedium *can. redintegr. 1. C. 3. qu. 1.* & denique 8.) juxta mores opificiarios ſingularis quidam hinc inde admodum expeditus repertus modus adnumerandus venit, in eo conſiſtens, ut diffamatus cuive convicium dictum, exterum quoddam Collegium adeat, coram eodem diffamationis aut convicii injuſtitiam quantumcunque edoceat, cum eodem, ſolutis pro redimenda vexa aliquot florenis, tranſigat, poſteaque convicio ipſum afficienti ibidem viciſſim retorſionis loco convicium dicat.

illo contra *cives* quidem atque ſubditos adhiberi queat ordinaria in jus vocatio, cauſæ cognitio atque ſententia, innoxios abſolvens, reliquos autem ad declarationem honoris, refuſionem expenſarum & mulctam pecuniariam condemnans; contra *exteros* autem & peregrinantes potiſſimùm ſocios, ſiquidem judex illorum ordinarius ad iteratam inſtantiam eos ſiſtere juſtitiamve alicui adminiſtrare, contra rationem modoque laudatas Imperii noſtri Conſtitutiones, promptas omnino manus auxiliatrices requirentes, recuſet, iidemque caſu quocunque ad diffamationis aut convicii dicti locum appulerint, arreſtum decerni iidemque in illo uſque dum cautionem de judicio ſiſti & judicatum ſolvi præſtiterint, detineri queant, tanquam in loco deprehenſionis; ab *hoc* autem bonæ Leges hanc in rem condi debiteque executioni dari debeant. Quibus ipſis remediis, præter excitationem vicinorum Imperii Statuum ad perſequendum irregularemque habendum eiusmodi convicíantem, aliasque cautelas à DAV. MEVIO hanc in rem propoſitas *in P. 7. D. 84.* eo majori cum ratione adhucdum ſalvum conductum Protectoriaque ſuperaddimus, nec non Mandata Inhibitoria, Dehortatoria, Reſtitutoria &c. cum vel S. C. citationeve ad videndum ſemet incidiſſe in pœnam Conſtitut. Imp. ſtatutam, à ſuperiore potiſſimùm Magiſtratu aut ſupremis, quin &, poſitis terminis habilibus, ſubalternis, quoque Imperii noſtri Tribunalibus, in læſorum favorem decernenda, eumque in finem interdum fieri ſolitam interventionem Fiſcalis ſive Cæſarei ſiv. alîus, quò magis novimus, paucos ante annos & ſalvum Conductum, cuidam Pileoni in Civitate Imp. Biberacenſi, à reliquis ſuis Com-Magiſtris æq; ac à vicinis quibusdam Collegiis conviciis onerato, à Judicio Provinciali Sueviæ impertitum, ulterioraque convicia in ipſum dicenda ſub pœna 30. marcar. argenti prohibentem: & *ſupra in not. ad cap. prox. præc. 3. §. 5. lit. q. p. 165.* recenſito in caſu Mandatum Inhibitorium atque Reſtitutorium, Collegio Ephippiario injuriati Collegæ ſui readmiſſionem ad Collegium ſub comminatione gravioris pœnæ imponens, Magiſtratui que utriusque religionis, præviâ animad-

verſione

verſione in Magiſtratum Catholicum præviâque injunctione de reddenda intra duos menſes ratione, cur tam negligentem ſemet in illa cauſa exhibuerit neque pravis dicti Collegii conatibus condigne reſtiterit, executioni commiſſum, exoptato omnino gaviſa fuiſſe effectu.

§. VII. Quarto abuſui, *in dict. cap. 2.* §. 4. *p. 36. ſqq.* indicato, omnium facillimè à quolibet Statu Imperii ſuomet in Territorio obviam iri poteſt, ſiquidem (*n*) mercibus atque laboribus Opificum, adhibitis cujuscunq; opificii Magiſtris peritisve, pro ratione temporis aliarumq; circumſtantiarum, certum ſtatuatur pretium publicum, eine Tax-Ordnung gemachet wird/ & ne ejusmodi Taxa publica (prout plerumq; fieri aſſolet) in principio ſtatim negligatur inſuperq; habeatur, juxta monitum AH. FRITSCHII *d. Coll. Op. P. 2. c. ult.* §. 4. *n. 9. & 10.* certi quidam conſtituantur Ephori, Cenſores Inquiſitoresque boni, fideles atque jurati, qui opificum conſilia fraudesque, & transgreſſiones cumprimis ejusmodi Taxæ publicæ ſtudioſè obſervent ac ad Magiſtratum deferant.

§. VIII. Quoad V.tum Abuſum *in ſæpecit. cap. 2.* §. 5. *p. 39. ſqq.* recenſitum, Linteones, Tonſores aliosque, ut & eorundem liberos concernentem, nihil ſupereſt, quàm ut ſalutares, quæ hanc in rem proſtant, Imperii noſtri Conſtitutiones non ab omnibus modò Statibus ſibimet ſubditis Collegiis Opificum conſtanter inculcentur, per Provinciales Ordinationes (*o*) confirmentur &, quod maximum, executioni quoq; dentur, neq; ineptis Opificum ſuſurris, hinc inde tamen hodienum (ut jam *ſupra in eod.* §. 5. *p. 60.* oſtenſum) eatenus ceſſantib⁹, ullæ aures præbeantur: ſed & imprimis à Supremis atq; Subalternis Imperii noſtri Judiciis juxta easdem nunquam non judicetur atque pronuncietur, hæcque ipſa, ubi opus, in concedendis Protectoriis atque Declarationibus, *ſupra in p. 61.* memoratæ *infraque in append. ſub n. 2.* exhibitæ conformibus, & contra trans-

(*n*) ad exemplum der Churfürſtl. Sächſ. *Tax*-Ordn. ap. AH. FRITSCHIUM *d. Coll. Op. in Append.* & pro parte etiam, quoad mercedem ſcil. operariorum, in der Fürſtl. Würtem. Bau-Ordn. *p. 159. ſeqq.*

(*o*) ad inſtar jam *ſupra in eod.* §. 4. *p. 37.* memoratarum.

transgredientes decernendis Mandatis pœnalibus cum vel S. C. celeriterque hac in parte adminiſtranda juſtitia ſemet facilia exhibeant, neq; emergentibus quibusdam difficultatibus rei ſtatim tædium capiant, ſed in tramite incepto immota permaneant; uti quidem à Per-inclyto Judicio Aulico egregiè factum in caſu *ſuperiùs in not. ad dict.* §. 5. *lit. c. p. 73.* adducto, utpote in quo, poſtquàm Aurifabri Mandato S. C. & citationi ad videndum intra bimeſtre ſpatium, ab inſinuationis tempore computandum, ſe incidiſſe in pœnam 40. marcar. auri puri Comitivæ Diplomati inſertam, parere tergiverſarentur, Mandatum ulterius &, cùm nec huic paritio facta, neque à Magiſtratu auctoritas debite atque ad normam diverſorum Reſcriptorum Cæſareor. ad eundem exaratorum, interpoſita fuerit, Mandatum arctius decretum fuit, annexam habens comminationem de executione Sereniſſimo Würtembergiæ Duci eventualiter committenda, quæ forſitan etiam, ubi contumacia perduraſſet, re ipſa ſubſecuta fuiſſet, niſi mors, qua Magiſter primùm, carnificis, nepotem in Tyronem recipiens, poſtmodum autem ipſemet puer interea abreptus, gravi huic controverſiæ finem impoſuiſſet. Interim priùs, quàm hunc ipſum Abuſum miſſum faciamus, illud adhuc monere non poſſumus non, quòd, quantum Lictorum Criminalium, Carnificum, Excoriatorum aliarumque *in not. ibid. lit. e. p. 74.* memoratarum perſonarum liberos attinet, cùm nondum in commune deſuper conventum ſit in publicis Imperii noſtri Comitiis, quin & Opificum moribus hinc inde (*p*) in Ordinationibus Provincialibus atque Statutis hac in parte indultum fuerit, ex prudentiæ regulis ſatiùs omninò ſit, ut Princeps aut Status Imperii in obtrudendo ejusmodi liberos Collegiis Opificum non nimis faciles ſemet exhibeant, ne in ea peccent, quæ ex DAV. MEVIO & ADR. BEIERO *ſupra* adduximus *in cap. huj.* §. 3. *n.* 4. *p.* 201.

§. IX. Contra VI. tum Abuſum, nimia Sociorum circa cibum

(*p*) v. gr. in der Bayr. Land- und Pol. Ordn. *Lib. IV. tit. 1. art. 2.* & in der Fürſtl. Würtemb. Metzger-Ordn. *d. Anno 1651.* §. 42. *p. 13.* quoad Apparitorum atque Lictorum filios.

bum potumq; poſtulata concernentem *in ejusdemque cap.* §. *6*. adductum, nullum aliud ſupereſt remedium, quàm ut quilibet Magiſtratus Politicus eadem omnino interdicat &, ne forte per ejusmodi prohibitionem hoc illudve civitatis Collegium Sociis planè orbetur hique aliorſum migrent, deſuper cum vicinis communicet, eosdemque ad ſimilia conſtituenda obſervandaque commoveat.

§. X. VII. mo, *in ejusd. Cap.* §. *7*. allegato differentiamque inter diſciplinæ ſpatia concernenti Abuſui medela inde forte quæri poſſet, ſi Magiſtratus ejusmodi pueros, alibi pauciores per annos artem edoctos, contra inſultus eorum, quorùm diſciplinæ ſpatium paùlo longius ſemet extendit, graviter defenderet, contraque refractarios debitis uteretur coactivis remediis: Omnium optimè autem ſi per univerſum Imperium noſtrum certus in quolibet opificii genere definiretur numerus, ab omnibus ad illud adſpirantibus Tyronibus obſervandus.

§. XI. Ad Abuſuum juxta *ſæpelaud. Concluſi commun.* ordinem recenſitorum primum, *in cit. cap. 2.* §. *8*. memoratum, cohibendum hæcce potiſſimùm inſervire videntur, ut juxta ejusdem *Concluſi* §. *2*. verba tam *ſupra in fin. pag. 80. & pr. p. 81.* adducta: Wobey aber ꝛc. quàm eadem immediate excipientia ſequentia: wofern aber der wanderende Geſell dieſes (*q*) unterlieſſe/ von des Orts Obrigkeit/ wo er betretten/ (es wolte dann erſtgedachte Obrigkeit auf beſchehene Obrigkeitliche Requiſition des Magiſtrats des Orts/ wo derſelbe ausgetretten/ ihne gutwillig remittiren) zu der Gebühr angehalten/ auch der Meiſter nach Beſchaffenheit etwan gebrauchenden Saumſahls oder erwieſenen Connivenz, mit geziemender Straff angeſehen werden: & juxta huic ipſi diſpoſitioni omnimodo conformem *Ordinat. Georgii Wilhelmi in* §. *28*. 1.) Magiſter, penes quem ſuſpectus ejusmodi Socius degit, quamprimùm de commiſſo ab eodem delicto, contracto debito &c. proptereaque inſtituendo clanculario diſceſſu

(*q*) vel, ut ANT. FABRI Exemplar habet, ſolches.

ſceſſu aliquid ſubodoratur, Magiſtratui id indicet, illud ipſum autem intermittens non ſolùm pro rat. culpæ commiſſæ condignè puniatur, ſed &, ubi antea debitè monitus, multóque magis ubi cum aufugiente colluſiſſe doceri poteſt, ut loco ipſius debita contracta ſolvere debeat, condemnetur: vid. GE. AD. STRUV. *in Dec. Jur. Opif. 12.* 2.) fugitivus ejusmodi Socius per emiſſas perſecutiones literarias, vulgò Steck-Brieff dictas, ubique exagitetur, & vel à judice loci ubi deprehenſus fuit, vel ſi hic ipſe eundem ad judicem loci è quo ita evaſit remittere velit, ab hocce, tamdiu detineatur in cuſtodia, usque dum vel per compoſitionem amicabilem rem deciderit, vel commeritam pœnam ſolverit.

§. XII. Secundo ex *eod. Concluſo* in *dict. cap. 2. §. 9.* adducto Abuſui, arcarum differentiam exterorumque Collegiorum ſententiæ ſciſcitationē concernenti, omnium optimè occurri poterit, ſi quilibet Status, abuſui huic medelam quæſiturus, ejusmodi differentiam vel (juxta hoc ipſum Concluſum) plane non toleret, vel ſaltem arcis illis primariis non niſi dignitatis, neutiquam autem poteſtatis prærogativam præ aliis concedat: Rat. inſtituendarum autem apud extera Collegia ſententiæ ſciſcitationum in exemplum aſſumat ſalutarem diſpoſitionem & Civitat. Imper. Francofurt. A. 1616. poſt ſedatos motus civiles ſub principium prioris Seculi ibidem exortos, in Statutis ſuis factam, & *ſæpelaud.* **Verordn. und Regl. Herzog Georg Wilhelms** *in §. 13.* ap. ANT. FABRUM *in dict. Tom. I.* **der Europ. Staats-Cantzl.** *p. 148.* quarum in *illa*, teſte PHIL. KNIPSCHILDO *in Lib. 3. d. Jur. & Priv. Civ. Imp. c. 14. n. 9.* & ADR. BEIERO *d. Advoc. Opif. c. 35. §. 6. n. 2018. ſq. p. 361.* Collegiis Opificum literas ad extera Opificia absque Magiſtratus præſcitu ablegare interdictum, è contrario autem cautum fuit, ut non ſolumodo ſi quid occurrat dubii, de eo ad Magiſtratum referant rogentque, ut is ipſe per literas interceſſionales vel promotoriales Magiſtratum illius loci, à cujus Opificio informationem expoſcunt, requirat, de ipſimet ſubditorum Opificum ſententia deſuper exaudienda atque deinceps ad Magiſtratum Francofurtenſem referenda, ſed &, ſi-

quidem

quidem exteri literas quaſdam ad ipſa mittant, easdem non reſignent, ſed per juratos Magiſtros Conſuli regenti inſinuent atque Magiſtratus Reſponſum ſuper iisdem, ab eodem Conſule ipſis communicandum, expectent, neque ipſamet ſive conjunctim ſive in particulari ad illas reſpondeant, ſed literas reſponſorias ab Archigramateo exarari patiantur; in *haccc* autem diſpoſitum, ut ipſimet ſubditi Opifices neque literas ab Opificiis aliis ad eosdem datas recipiant aut reſignent, neque etiam ad easdem inconſulto Magiſtratu reſpondeant, & ut, ad hoc ipſum præcavendum, Sigillum ipſorum ſemper in cuſtodia eſſe debeat Magiſtratuum Politicorum.

§. XIII. Pro eliminando *tertio* in *dicto Concl.* nominato *ſuperiùsque in §. 10.* memorato Abuſu nihil ferè adducere novimus, quàm ut Superior, cujus in præjudicium vergit ejusmodi juris Collegialis apud exteros coëmptio, eandem per ſeveras Sanctiones pœnales Subditis ſuis prohibeat, &, ubi unius ejusdemque opificum aliquo in loco degentium generis paucitas peculiarem Collegii inſtitutionem non admittit, vel totius Territorii ſui illius generis Opifices in unum Collegium colligat, vel ſi nec in integro Territorio juſtus eorum numerus exiſtat, paucos illos in aliud profeſſioni affine Collegium recipi curet mandetque.

§. XIV. Ad luxus atque exceſſus hinc inde ſemet in Collegiis Opificum exſerentes, quartumque *ſuperius in cap. 2. §. 11.* ex *Concluſo communi* recenſitum Abuſum conſtituentes, refrenandos haud dubiè facit, ſi non ſolùm convivia à Tyronibus ſtatusque Boëthalis Candidatis circa inſcriptionem atque miſſionem, bey dem Ein- und Außſchreiben/ paranda, cum Nomotheta Bavarico *in Lib. IV.* der Bayriſch. Land- und Pol. Ordn. *tit. 1. art. 3.* & Duce Brunſw. Lüneb. GEORG. WILHELMO *in ſæpecit.* Verordnung und Reglement ꝛc. §. *25.* ſed & imprimis convivia illa Magiſterialia atque Connubialia, cum Duce Saxo-Wimarienſi IOH. ERNESTO *in Reſcripti. d. d. 10. Jul. 1680.* verbis ab ADR. BEJERO *in Tr. d. Mag. c. 9. §. 7. n. 300.* adductis penitus tollantur atque prohibeantur,

tur, & pro meliori ejusmodi Conſtitutionis obſervatione, quamdiu hæcce convivia Magiſtrorum atque Sociorum animis adhuc fixa ſedent, quidam ex Senatoribus deputetur, qui ejusmodi actibus à capite ad calcem interſit, ac ne in iisdem contra eatur, præcaveat: vel ſi paulo mitius cum Opificibus agere arrideat, iidemque hisce uberibus in totum depelli nolint, loco horundem conviviorum certa quædam pecuniolæ ſumma definiatur, ipſis, ad vicem illorum quodammodo explendam, ſolvenda: vel ſaltem convivia illa, cum Elect. Saxon. JOH. GEORGIO II. *in Ord. Pol. Elect. Sax. d. Anno* 1661. *tit.* 21. §. 5. ap. AH. FRITSCHIUM *d. Peccat. artif. & Opif. concl.* 18. *p.* 47. *ſeq.* quantum quidem fieri poteſt, ſolicite circumſcribantur, proque majori ſecuritate unus aut alter è Senatoribus ipſis adeſſe jubeatur, cum pauperibus autem & quibus curta eſt ſuppellex, pro poteſtate Principibus aut Statibus Imperii, vel non monente *Concluſo communi in fin.* §. 13. haud dubie competente, eatenus in totum diſpenſetur: Rat. *ſupra in dict.* §. 10. memoratarum contributionum autem caveatur, ut illarum non minùs quàm aliorum proventuum intuitu, Magiſtratui rationes quotannis reddere aut conferendarum ejusmodi pecuniarum adminiſtrationem tertio cuidam impartiali relinquere teneantur, id quod ob admodum familiarem opificibus adminiſtrationis abuſum jure omnino tunc potiſſimum fieri poſſe non dubitandum, quando conributionum illarum particula aliqua vel Reipubl. debetur, vel cauſis piis: arg. eorum, quæ DAV. MEVIUS habet *P. 7. D. 177. in fin. n. 6.*

§. XV. Ut nec ii Abuſus, quorum *in* §. *12. p. 89. ſqq.* ex *eod. Concluſo* quinto loco mentionem injecimus, absque medela relinquantur, quoad *primum* ex illis, nimiam ſcil. circa annos diſciplinares accurationem, ea tantùm repetimus, quæ *in hujusce cap.* §. 10. *pag.* 209. monuimus; quoad *ſecundum, tertium, quartum & quintum* autem, (abſonos nimir. circa Sociorum dictiones adhiberi ſolitos ritus, ridiculas ſalutationum, literarum diſciplinarium Atteſtatorumque opificialium formulas, nec non diei Lunæ defe-

riarionem,

riarionem) nihil eſſe opinamur, quod iisdem valide opponi poſſit, quàm quæ ſecundi abuſus intuitu, jam ab antelaud. JOH. GEORGIO & GEORG. WILHELMO *in dd. ll.* quarti autem, à Duce Brunſw. Luneb. AUGUSTO *in Conſt. cujusd. d. d. 30. Dec. Ao. 1601. n. 35.* verbis ab ADR. BEIERO adductis *in Tr. d. Advoc. Opif. c. 32. §. 10. n. 1841.* & quinti, in variis *ſupra in cap. 2. §. 1. & cap. huj. §. 4.* adcitatis Ordinat. Provincialibus facta fuit, ſeveram eorundem prohibitionem àque transgredientibus ſumendam pœnam in ipſa ſtatim prohibitione determinatam, & ſufficientem horundem rituum occaſione læſis à Magiſtratu adjudicandam ſatisfactionem; ita tamen, ut facile prævideamus, omnes haſce prohibitiones pleniori effectu gaviſuras non eſſe, niſi in communi fiant ab omnibus omnino Statibus: Et denique quoad *ſextum atque ultimum*, nimia ſcil. Magiſtrorum juniorum onera, omnino Magiſtratum æquitatem heic præ oculis habere, neque ut tales Magiſtri juſto nimis onerentur & ab opificina ſua inſigni cum damno penitus ferè avocentur, pati, quin potiùs curare debere exiſtumamus, ut Collegia ſibimet ſubdita peculiarem alant famulum.

§. XVI. Sexto Abuſui, *in ſæpelaud. Concluſo comm.* contento ex eodemque *ſupr. §. 13. p. 100. & multis ſqq.* pluribus examinato, temerariæ ſcil. Liberorum legitimatorum excluſioni à Collegiis Opificum, ita occurrendum eſſe arbitramur, ut Collegia Opificum primò omnium rationibus anteque oculos poſitis juribus noſtris communibus pœnisque in ulterioris tergiverſationis perque durantis contumaciæ caſu indubie expectandis, convinci tententur, ac ad obtinendam amicam compoſitionem, pro circumſtantiarum ratione, aliquibus vini aut cereviſiæ cantharis litem vexamque à legitimato redimi indulgeatur, quin & ſi non expreſſè ſaltem tacite conſulatur: Ubi autem amicabili huic viæ nullus ab Opificibus dari vult locus, (*s*) mulctâ aut carcere ad id adigi prætérque ea etiam à legitimatis ipſis Actionibus præjudicialibus utilibus, injuriarum aliisque divexari curentur, &

 tandem,

(*s*) uti tamen hinc inde datum fuiſſe novimus.

tandem, nec omnibus hiſce quidquam operantibus, neque exteris jamjam Collegiis, communem cum illis cauſam foventibus cognitâ, mediantibus Reſcriptis generalibus, literis patentibus atque Mandatis pœnalibus, &c, à Comite Palatino factâ legitimatione, Mandatis S. C. cum citat. ad vidend. ſe incidiſſe in pœnam Diplomati inſertam, ab Aula Cæſarea Camerave Imperii in legitimatorum favorem decernendis, ad victas manus præbendas debitumque obſequium præſtandum nolentes volentes compellantur.

§. XVII. Quod Abuſus attinet circa Specimina Artis occurrentes, quorum ex *eod. Concluſo in cap.* 2. §. 14. *p.* 113. *ſqq.* mentionem injecimus; iidem omnes & ſinguli ita ſunt comparati, ut facile ipſis à quolibet Principe ac Statu Imperii addi queat medela, ſiquidem ab iisdem 1.) inutilium Speciminum Artis elaborationes vulgo imponi ſolitæ, cum Nomotheta Bavarico, in der Bayr. Land⸗und Pol. Ordn. *dict. Lib.* 4. *tit.* 1. *art.* 9. GE. ERNESTO in ſeiner Verordn. und Reglement §. 2. JOH. GEORGIO II. Elect. Saxon. *in Poſt-ſcripto cuidam Reſcripto ad Capitaneum & Præfectum Lipſienſ. ex arato annexo*, ap. ADR. BEIERUM *in Tr. d. Dom. Opif. c.* 11. §. 11. *n.* 541. *ſq.* &c, quoad Ducatum Magdeburgenſ. ab Electore Brandenburg. FRIDERICO WILHELMO *in Reſcr. ad Reg. Magdeburg. Ao.* 1683. *dato*, ap. GE. AD. STRUVIUM *in Dec. Jur. Opif.* 98. *p.* 159. ſeverius interdicantur & loco antiquatorum illorum ſpeciminum melioris frugis taliaque exigantur ac cum Marchionibus Brandenburg. Onoldinis *in Conſtitutione quadam* à IOH. LIMNÆO *in Tom. IV. Jur. Publ. ſ. Tom. I. Addit. ad L.* 4. *c.* 8. *n.* 298. *p.* 634. *ſqq.* & AH. FRITSCHIO *in Tr. d. Coll. Op. p.* 2. *c.* 7. §. 1. *n.* 6. exhibita, determinentur, quorum hodienum etiam aliquis eſt uſus, quæque faciliori negotio deinceps divendi queunt, eaque tenus Rotuli Opificum juxta temporis rationes mutentur atq; emendentur, vid. IOH. WOLFG. TEXTOR *de Jurib. Opif. p.* 2. *in not. ad th.* 15. *lit. a.* 2.) varia illa Epula atque convivia

via circa Speciminum artis elaborationem atque exhibitionem vulgò dari ſolita prohibeantur, cum Legislatore Bavar. *d. l. art.* 10. ne quidem talia ſponte præbere volentibus Magiſterii Candidatis permittente: modo laud. Electore Brand. FRIDER. WILHELMO *d. l.* & Sereniſſ. quondam hujusce Ducatus Moderatore, EBERHARDO in des Herzog. Würtemb. *revidir*ten Bau-Ordn. *p. 152. vers.* wann dann ꝛc. vel loco illorum modicum quoddam honorarium in pecunia conſiſtens in præmium navatæ operæ & aliqualem neglecti laboris compenſationem dari permittatur, cum Eod. Nomotheta Bavaro *d. l.* & Authoribus Statutorum Sutorum, Sartorum, Pileonum, atque Librorum compactorum Jenenſ. ap. ADR. BEIERUM *d. Coll. Opif. c. 10.* §. *3. n. 350.* aut ſaltem hisce conviviis è Senatu aliquis intereſſe jubeatur. 3.) quoad iniquam cenſuram operis ea obſerventur, quæ in ipſomet *ſupra* exhibito *Concluſi commun.* §. *12.* ſubminiſtrata atque omnimodo approbata fuerunt in der Verordn. u. Regl. Herzog *Georgii Erneſti* §. *2.* ac juxta illorum tenorem cenſura operis à peritiſſimis in arte Magiſtris in præſentia fiat quarundam perſonarum à Magiſtratu deputatarum, & ſi quidem in minutioribus tantum erratum, Candidato nullum impedimentum fiat, ſed vel Deputatorum arbitrio vel ubi opus, extranei cujusdam impartialis Collegii cenſuræ tota res committatur, intereaque Candidatus omnino ad Magiſterium admittatur: & denique 4.) tam juxta ipſiusmet Concluſi illius diſpoſitionem, quam juxta *ſæpelaud.* Verordn. Regl. Herzog. *Georgii Erneſti* conſtituatur, ut ii, qui jam in alio ſive ſui ipſius ſive alterius Territorii loco Magiſterii adepti ſunt gradum, maximè tunc non teneantur in loco ad quem ſemet conferre volunt, nova edere ſpecimina, ubi à Magiſtratu loci unde venerunt, Teſtimonium attulerint, quòd jam ibidem talia perfecerint, ſuamque profeſſionem bene & ut Magiſtri in arte periti exercuerint.

§. XVII. Ad cohibendos ſaltem, ſi non pededentim plane ex-

nè extirpandos Abuſus, noviſſimo loco *in ſæpecit. Concluſo communi* ex eodemque à nobis *ſuperius in cap. 2. §. 15.* recenſitos, haud male inſervire videtur, ſi quoad *primum*, *quartum & quintum*, Principes ac Status Imperii in Ordinationibus ſuis, ad æquitatis juriumque communium normam, quòd perſonæ ibidem nominatæ excludi non debeant à ſuis Collegiis, diſertis atque ſpecificis verbis caveant, easdemque contra Opificiorum inſultus quantumcunque protegant, ac ne exteris Collegiis res fiat cognita proſpiciant, ubi autem hoc ipſum præcaveri nequit, ſuam, quæ notoriè heic ſubeſt, auctoritatem penes Collegia ſibimet ſubdita vi Imperii, penes extera autem ope, quibus parent, Dominorum Territorialium, quovis modo manutenere allaborent &, ſi omnia hæcce nihil gravato proficiant, ipſeque ſuprema Imperii noſtri Tribunalia adire cogatur, eundem auxilio, conſilio mediisque adminiculentur: Multo autem adhuc magis, ſi per univerſum Imperium noſtrum eatenus una eademque foveatur ſententia; ubi tamen tortorum in ſpecie intuitu intactum relinquere nequimus, quòd, licet ſuperiùs à nobis defenſitata ſententia de iis quoque è Collegiis ſuis non ejiciendis, qui jure quidem torti indicia contra ſemet militantia per ſuperatam torturam purgarunt, quoad punctum juris ſit longe veriſſima, attamen in praxi torturæ ſubjectos abinde repellens Opificum ſententia hoc in caſu eò magis excuſari mereatur, quo inter Doctores quoque à JOH. OTT. TABORE *in Tr. d. Tortura & Indiciis delictor. cap. 5. §. 27. in fin. p. 60. in fin. & 61. pr.* JOH. BRUNNENMANNO *ad L. 14. C. ex qb. cauſ. infam. irr. n. 5.* & B. DNO. FROMMANNO *in Diſp. d. Lev. not. mac. th. 33* defenſitatum, quòd moribus noſtris carnificis manu tractari maculam aliquam inurat, & quòd per torturam legitime adhibitam opinio alicujus omnino gravetur: ſed & negari nequit, quod ejusmodi tortus omnino ſibi ipſi imputare debeat, quòd per culpabilem vitam ſuam anſam Magiſtratui præbuerit inquiſitionem contra ipſum inſtituendi, quin & torturæ ipſum ſubjiciendi: & denique à JCtis

Jenen.

Jenenſ. ap. Per-Ill. DN. de LYNCKER *in Conſ. ſive Reſp.* 191. *n.* 16. reſponſum fuit, quòd ita torturæ ſubjectus equidem à Collegio totaliter excludi nequeat, interim tn. alii opifices cogendi non ſint ad Tyronibus ab ipſo edoctis miſſionem largiendam & Socios apud ipſum operatos inter ſemet tolerandos: Quoad *tertium* autem ea obſerventur, quæ *in hujusce cap. §.7.p.207.* ſuggeſſimus; & deniq; *ſecundus*, quotiescunq; occurrit, æque ac *ſextus* atq; *ſeptimus*, annihiletur &, non attento, quòd in caſum, ubi Opificibus nondū ſoluta eſt merces debita, hinc inde publice approbatus fuerit, vid. ADR. BEIERUS *d. Advoc. Op. c. 5. §. 28. n.* 348. nihilo minus, cum ſæpelaud. GE. WILHELMO *in ſupralaud.* Verordn. §. 15. aliisque ab eod. BEIERO *in Tr. d. Orig. Jur. Opif. c.* 7. §. 18. *&* 19. *n.* 558. *ſqq.* memoratis, Statibus, in damnatorum Abuſuum catalogum referatur, ac pro circumſtantiarum ratione pœna quoque notetur; qua ipſa & mos ille Sociorum *in fin. dicti* §. 15. recenſitus interdum quoque affici poteſt. conf. FRID. PHILIPPUS *in Diſp. d. Coll. Opif. th.* 42.

§. XIX. Et quemadmodum è 4. Abuſibus *in ejusd. cap.* 2. *§.* 16. ad ductum *Deſignat.* mehrfacher Mißbr. recenſitis, primus atque ſecundus ita ſunt comparati, ut, ob peregrinantes ſocios, non in uno tantum alterove Territorio maneant, ſed latius plerumque ſemet extendant; Ita, ſi iisdem condigne velit occurri, communi omnino opus eſt Imperatoris ac Statuum ſuffragio; Interim tamen nihil obſtat, quò minus & hic ſinguli Status in ſuismet Territoriis partes ſuas interponere, penes ſibimet ſubdita Collegia, quin & Boëthos quoque, ad evitandos omnes motus, quævis tentare & hos in ſpecie juramento ad hoc obſtringere valeant, quòd neque illegitime, mit hinterlaſſender Scheltung / inde diſcedere, neque alibi rem manifeſtare velint. Quibus tamen omnibus remediis ſtatûs controverſiam patientibus apud Collegia extera non tam bene proſpectum eſt, quàm per ſubmiſſionem Collegio factam, wann man ſich mit dem Handwerck abgefunden und ihme was zum beſten gegeben: quæ proinde, juxta

Ee mores

mores Opificum, optimum eſt in hiſce litibus remedium, in praxi etiam, imprimis in Civitatib. Imper. omnino commendandum. Reliqui autem duo Abuſus haud dubie ſufficientem medelam accipere poſſunt à ſingulis Principibus ac Statibus, ſi modo iidem 1) cum ſæpelaud. Duce Brunſw. Luneb. *in d. l. §. 3.* caveant, quòd Magiſtrorum filii quique eorum filias ducunt, neque circa confectionem ſpeciminis artis, neque circa tyrocinium ullis gaudere debeant prærogativis; 2.) autem in tempore vigilent, ne minus excreſcat Opificum poteſtas. Ubi vero nimis negligentes hac in parte fuerunt, neque ſatis potentes ſemet vident ad reſiſtendum Opificibus, nullum aliud ſupereſt remedium, quàm via juris.

§. XX. De Remediis Abuſibus *in cap. 3.* recenſitis propriis cùm multa adhuc dicere & temporis & chartæ nosmet prohibeat anguſtia, breviter ſaltem monemus, quòd, quemadmodum abuſuum illorum aliquos communi atque comitiali Imperatoris Statuumque Imperii conſenſu atque conſilio opus habere, aliquos autem haud difficulter à quolibet Principe aut Statu Imp. abrogari aut emendari poſſe, *in hujusce cap.* §. *2. p. 194.* dicere antevertimus; Ita plerarumque *in* §. *5. n. 1.* §. *6. n. 1. &* §. *7.* memoratarum perſonarum admiſſio ad Collegia Opificum in iisdemve permittenda permanſio, ante quam publicis Imperii noſtri Legibus atque Conſtitutionibus ſtatuta, eædemque in debitam obſervantiam pervenerunt, ſuis non caritura ſit difficultatibus, adeoque optimum eatenus remedium foret, ſiquidem illarum intuitu, non minus, quam quoad molitorum, tonſorum &c. eorundemque liberorum perſonas factum, publicis Imperii noſtri Legibus atque Conſtitutionibus caveretur; E contrario autem ii abuſus, quibus à quolibet Statu Imperii medelam quæri poſſe aſſeruimus, ita ſint comparati, ut congruorum adverſus illos adhibendorum remediorum inveſtigatio non adeo magno opus habeat labore, ſed pene per ſe pateat.

Quibus monitis, diſſertationi noſtræ, poſt gratias Deo T. O. M. pro ſua divina aſſiſtentia dictas, nunc ponimus

FINEM.